Primū sic. qr si due nature sint necesse esse aliquib⁹ ppriis realitatib⁹ vel rōnib⁹ realib⁹ distinguūtur: ꝛ dicant̄ a. ꝛ b. Tunc arguo sic. iste rōnes reales scʒ. a. ꝛ. b. aut sunt rōnes formaliter necessario essendi. Aut nō. si sic. ꝛ preter hoc ista duo p illud in quo cōueniūt sūt necesse eē formaliter. ḡ vtrūqʒ duab⁹ rōnib⁹ formalib⁹ erit necesse eē quod est impossibile. qr cū neutra illarū rationū includat alterā. vtraqʒ illarū circūscripta erit necesse eē per aliā. ꝛ ita erit aliqd necesse eē p aliqd. quo circūscripto: nihil minus eēt necesse eē. Si vero per illas rōnes qbus differūt. neutrū sit formaliter necesse eē. ḡ ille rōnes nō sūt rōnes necessario essendi. ꝛ ita sequit̄: q neutra includitur in necesse eē. qr qcūqʒ entitas nō est necesse esse est de se possibilis. ſ nihil possibile includitur in necesse eē. qr necesse eē nihil īcludit qd nō sit necesse eē. vel rō necessario essendi.

Scda ratio

Scdo pbat̄ idē. qr due nature eminētissime nō pūt eē i vniuerso. ḡ nec duo effectiua. pbatio aūt. qr spēs se habet sicut numeri. ex. viij. metha. ꝛ p ɔ̄ns due nō possunt eē in eodē ordine. ḡ nec due pme pūt esse nec due eminētissime.

Tertia ratio

Hoc etiā pbat̄ tertio per rōnē de rōne finis. qr due species vltime si essēt haberēt duas coordinationes entiū ad se. ita q ista entia ad illa nullū ordinē haberent: qr nec ad finē illoꝝ. nā q ordinarētur ad vnū finē vltimū nō possent ordinari ad aliū. qr eiusdē causati duas eē causas totales vel perfectas in eodē ordine ē impossibile. tūc eñ aliquid eēt in aliquo ordine causa quo nō posito. nihil min⁹ eēt causatū perfecte ordinata ḡ ad vnū finē vltimū nullo modo ordinarentur ad aliū. ꝛ ita ex hijs et ex illis nullo modo fieret vnū vniuersū.

Confirmatur

Hoc cōfirmatur in eōi. qr nulla duo termināria pūt terminare totaliter depēdētiā alicu⁹ vni⁹ eiusdē qr tūc illud terminaret depēdētiā quo subtracto nihil min⁹ terminaret̄ illa dependentia. ꝛ ita nō eēt dependētia ad illud. ſ ad efficiēs et eminēs ꝛ finē dependēt alia essentialit̄. ḡ nulle due nature pūt eē primo terminātes alia entia ſm istā dependētiā triplicē pcise. est ḡ aliqua vna natura terminās entia ſm illā triplicē dependentiā. ꝛ ita habens istā triplicē primitatē.

Contra predicta sūt aliqua dubia. Primum

Sed cōtra pdicta sunt aliqua dubia. Primū quod dr̄ de causa p se ꝛ causa p accidens. si eñ intelligat sicut cōiter intelligit̄: q hec sit vera. calidū per se calefacit. ꝛ hec nō albū p se calefacit. ſ q hec sit vera. albū p accidens calefacit. hoc nō est verū. qr qñcūqʒ alicui quod pdicatū inest illi p quo subiectū supponit. vel pnomini demōstrāti pcise illud p quo subiectū supponit. ꝛ tali mō quo denotat̄ sibi inesse: illa ppositio est simpliciter vera. sed in istis duabus ppositionib⁹. calidū p se calefacit ꝛ albū p se calefacit si idē sit albū et calidū subiecta supponūt pro eodē. ergo si vna sit vera. reliqua erit vera.

Si dicat̄ q tunc ita esset hec per se albū calefacit. sicut hec est per se. calidū calefacit. Dico q siue aliqua istaruʒ sit p se siue nō. ɔ̄ña nō valet. qr possibile est aliqd pdicatū inesse aliquib⁹ cū nota pseitatis: ita q vtraqʒ illaruʒ ppositionū sumat̄ in sensu diuiso. vel vtraqʒ ppositio sit eqpollēs sensui diuiso. ꝛ tñ q vna ppositio pdicās pdicatū de subiecto sit possibil' et alia ipossibilis. Verbi grā ponat̄ q idē hō sit grāmaticus et albus. tunc vtraqʒ istarū est vera. grāmaticū pōt eē nigrū ꝛ albū pōt esse nigrū. Et cā est. qr p istā ppositionē albū pōt esse nigrū. nō denotat̄ plus nisi q de subiecto vel de pnoie demonstrāte illud pro quo subiectuʒ supponit possit pdicari pdicatū. et hoc nihil aliud est. nisi q ppositio in qua pdicatū pdicat̄ de illo p quo mō albuʒ supponit sit possibilis. ꝛ nō denotat̄ q ppositio in qua pdicat̄ hoc pdicatū de isto subiecto sit possibilis. ꝛ bene stāt simul. q ppositio in qua pdicatū pdicatur de subiecto sit ipossibilis. ꝛ tñ q ppositio in qua idē pdicatū pdicat̄ de illo pro quo hoc subiectū supponit vel de pnoie demonstrāte illud sit possibilis. Et rō est qr subiectū ɔtingent̄ supponit pro quo supponit. qr in ista ppositione. albū pōt esse nigrum subiectuʒ supponit pro sorte: si sor. sit albus. si aūt fiat niger: tūc hoc subiectū nō supponit p sorte. qr hoc subiectū albū nō supponit in propositiōe mere de inesse. mere de pūti. nisi p illis q sunt alba: ꝛ pcise dū sunt alba. ꝛ ita est in pposito. q si hec sit vera. calidū p se calefacit. hec erit etiā vera. albū p se calefacit: si ideʒ sit calidū ꝛ albū. ꝛ tñ ex hoc nō sequit̄ ɔ̄ña formali q si hec sit p se. calidum calefacit. q hec sit p se albū calefacit. Nec credo alit̄ istū doctoreʒ sensisse. ppter magnaʒ notitiā quā habuit in logica. Et iō pōt dici q causa p accidēs est illud qd agit p aliqd aliud ab eo. sed tale nō est nisi subiectū. vel totū habēs ptē qua agit. Et isto modo pt dici q ignis p accidēs calefacit. ꝛ eodē mō q calidū p accidēs calefacit. Et illo modo pōt dici q homo p accidēs ratiocinatur. et silr totū p accidēs agit qñ actio sibi nō couenit nisi mediāte pte sua. ꝛ rō huius est. qa illud dr̄ f p accidēs alicui cōpetere. quo amoto nihil min⁹ pōt esse. sed igne destructo ꝛ reseruatu caloꝛe nihilomin⁹ poterit seq̄ calefactio. qr sicut ostēdetur i quarto. accidēs actu separatū ita pōt agere sicut coniūctū. Eodē modo illa actio q ɔpetit hōi mediāte aīa itellectiua

poterit ita elici ab aīa separata sicut a ꝯiūcta. ⁊ ideo q: p̄mo cōuenit parti. dicitur ꝯuenire toti per accidēs. q: cōuenit sibi ꝑ aliud Similiť actio p̄mo cōpetēs accidenti dicif conuenire suo subiecto ꝑ accidens. q: per aliud. ⁊ ita large accipiēdo ꝑ accidens: ſm ꝙ est idē qđ per aliud realiť distinctū. sic pōt cōcedi tā de subiecto accidentis q̄ de toto cuiꝰ parti p̄mo cōuenit actio. ꝙ est actio ꝑ accidens. ⁊ codē mō ꝙ est causa ꝑ accidens. Sꝫ cā per se est illud qđ causat nō per aliqđ aliud realiť distinctū: sed per se: ita ꝙ ipso posito. alio circunscripto qđ nō est cā in aliquo genere cause. poterit sequi effectus. ⁊ isto mō calor est ꝑ se causa caloris. q: ipso posito ⁊ oī̄ alio amoto qđ non habet rōnē cause. poterit sequi calor in passo disposito et approximato. et ita calor ꝑ se causat calorē. q: nō per aliud. Et illo modo aīa intellectiua ꝑ se causat intellectionē ⁊ volitionem q: nō per aliud nisi hꝫ ꝙ ly ꝑ notat circūstātiā cause partialis cōcurrentis. Si dicať ꝙ ari. ꝭ. phi. dicit ꝙ edificator ꝑ se edificat et albū ꝑ accidens. Similiter ꝙ policletꝰ est causa statue ꝑ accidens. ħ statuā faciēs ē cā per se. ğ eodē mō q̄uis lignū per accidens calefaciat. tñ calidū per se calefacit. Dico ꝙ intētio phi. est dicere: ꝙ de aliquo p̄dicať ꝑ se p̄dicatū aliquod. qñ oppositū p̄dicati sibi non pōt inesse. Et ideo q: hec pōt eē vera. policletus nō facit statuā posita etiā cōstātia subiecti ⁊ hꝫ nō pōt eē vera posita cōstantia subiecti statuā faciēs nō facit statuā. Similiter quātū ē ex forma ꝓpositionis: hec pōt eē ỽa posita cōstātia subiecti. ignis nō calefacit. ⁊ hec nō: calefaciēs nō calefacit. Siliť q: in aliqua ꝓpositiōe semper exprimiť causa rei ⁊ in aliqua nō. ⁊ ideo dicit phs: ꝙ causa per se p̄dicatur de vno ⁊ non de alio. Unde per istā calidū calefacit expresse significatur calor. q̄ est cā per se ⁊ nō ꝑ aliud. et nō ꝑ istā ignis calefacit. vel siccū calefacit. et sic de cōsimilibus. ideo dicit phs vnā esse ꝑ se et aliā per accidēs. ⁊ hoc large accipiēdo per se nō stricte quomodo distinguit phs. i. poste. duos modos dicendi per se. Nunc aūt ita ē ꝙ ista stant siľ. albū per se calefacit. ⁊ hec est per accidens albū calefacit. sicut ista stant siľ. album pōt esse nigrū. ⁊ hec ē impossibilis: albū est nigrū. ⁊ ideo vult phs: ꝙ hec est per se. statuā faciens est causa statue. ⁊ hec per accidēs policletus ē causa statue. ⁊ cū hoc stat ꝙ vtraqꝫ istarū sit vera. statuaꝫ faciens per se est causa statue. et policletus per se ē causa statue accipiendo vno modo per se. et accipiendo alio modo per accidens: cū predictis stāt iste due. statuā faciens per accidens ē causa statue. et policletus per accidēs est causa statue. ⁊ tñ ꝙ vna illarū de in esse sit ꝑ se et alia per accidēs.

Scđo non est bene dictū de differētijs inter causas eēntialiť ordinatas ⁊ accidētaliť ordinatas. Prima differētia nō est bene data. q̄a q̄ro quid est causam secundā depēdere a p̄ma in causando. aut hoc est req̄rere cām primā ad hoc ꝙ causet. q: sine ea causare nō pōt. aut q̄a in suo esse depēdet a p̄ma. vel q: recipit virtutē actiuā. vel aliquā influētiā a p̄ma. sic cīm arguit iste doctor cōtra vnū aliū. ostendēs ꝙ intelligētia scđa si mouet sicut scđm mouēs causať a p̄ma intelligētia. Primū nō pōt dari. q̄a in multis sicut causa scđa nō pōt causare sine p̄ma. ita nec ecōuerso. ergo nō plus isto mō depēdet causa secūda a p̄ma in causando q̄ ecōuerso. Assumptū ptꝫ. q: sicut in istis īferioribꝰ multa agētia ꝑticularia non pñt causare effectus suos sine sole. ita sol nō p̄t in multos effectus sine causis scđis. Nec pōt dari scđm. tūꝫ q: ita ꝯtingit in causis accidētaliť ordinatis. tū q: tunc vľr q̄cquid est causa cause. erit causa per se ⁊ essentialis causati. qđ negat iste doctor ⁊ bene. cuiꝰ ratio est. q: aliqñ causa depēdet i esse ⁊ ꝯseruari ab aliquo alio. sine quo tñ si causa cōseruareť a deo sine eo. nihilominus posset effectus esse. ⁊ ip̄o posito et alio amoto nō posset esse effectus. ergo illud nō habet rationē cause respectu illiꝰ effectus. Nec pōt dari tertiū. q: talis influētia vel motio nō posset ēē. nisi sit vel motꝰ localis. vľ ad aliquā formā substantialē vel accidētaleꝫ. sed ptꝫ ꝙ frequēter causa secūda i agēdo. nec motū localē. nec formā absolutā aliquā recipit a prima. Preterea. ſm istū doctorē alibi. obiectū ⁊ intellectus sunt due cause ꝑtiales respectu intellectionis ⁊ tñ ſm eundē neutra depēdet ab alia in causando. sed vtraqꝫ agit virtute ꝓpria. Tūc q̄ro Aut iste sunt cause essentialiť ordinate. aut accidētaliter. si eēntialiť. habeo ꝓpositū ꝙ nō ſp scđa depēdet a p̄ma in causando. q: vtraqꝫ virtute ꝓpria causat. si sint accidētaliť ordinate ergo vna posset agere sine alia. qđ negat ⁊ est manifeste falsum. Confirmať. q: ſm eū alibi intellectꝰ respectu intellectionis est causa principalis ⁊ plis ⁊ illimitata. ⁊ tñ obiectū in causando nō depēdet ab eo. Cōtra secūdā differētiaꝫ. qñ accipit ꝙ cāe eēntialiť ordinate sunt alterius rōnis ⁊ alterius ordinis. q̄a superior est ꝑfectior. Aut accipiť superioritas pro prioritate ſm perfectionē. aut pro prioritate ſm illimitationē. si p̄mo modo hoc est petere principiū ꝙ cause essent alterius ordinis. q̄a ꝑfectior est ꝑfectior. ergo oportet ꝙ accipiat scđo modo. et dicat ꝙ omis causa illimitatior est perfectior

R Cōtra primā differentiam

Z Cōtra scđm

causa magis limitata. hoc est simpliciter falsum. q2 aliqñ causa illimitatior est simpliciter imperfectior: 7 aliqñ perfectior. Exemplū primi sm istū doctorē corpus celeste q2 nō ē viuū est imperfecti⁹ aiali pfecto viuo. 7 tñ cū asino 7 alio aiali cōcurrit sicut causa illimitatior ad pducendū aliud aial. ergo ibi causa illimitatior est imperfectior. Similiter si intellect⁹ humanus intelligat essentiā angeli: causa illimitatior illi⁹ intellectiōis est intellect⁹ humanus. et causa limitatior est essentia angeli. 7 tñ intellectus human⁹ est imperfectior essentia angeli. Similiter calor cū aia vegetatiua cōcurrit sicut cā illimitatior ad aliquē effectū pducendū: sicut post ostendet. et tñ calor est imperfectior. Exemplū secundi celū sicut causa illimitatior cōcurrit cū elemētis ad aliquos effect⁹ pducēdos. 7 volūtas sicut causa illimitatior cōcurrit cū sensibilib⁹. vel cū intelligibilibus ad producendū volitiones. 7 volūtas est causa perfectior. et similiter celū est perfecti⁹ elementis.

Contra tertiā differentiā.

Cōtra tertiā differentiā. si intelligat q nūq̄ in causis essentialit ordinatis pōt vna agere sine alia. hoc nō videt verū. tū q2 hz eū 7 sm veritatē aliqua aialia generata p propagationē. vbi ɔcurrūt corpus celeste 7 agēs particulare: possunt produci per putrefactionē. vbi agens pducens particulare nō cōcurrit. ergo ibi agit causa vlis sine particulari. Et si dicat q tunc cā ptīcularis supflueret. Dico q nō: hic causa quare nō supfluit di in. ij. lib. Tū q2 sm istū doc. alibi: idē fili⁹ potuit habuisse diuersos patres. ergo multo forti⁹ diuersas causas equiuocas: ita q sine vlla illarū posset pduci.

Contra dicta in secundo articulo

Contra primā rōnem scoti

Cōtra dicta in scdo articulo: q̄uis ɔclusio sit cōcedenda. 7 tres vltime rōnes sint pbabiles tñ prima rō simpliciter nō valz. q2 fundatur in ista ppositione. q̄cūq3 aliqua cōueniūt et differūt: p aliud cōueniūt: 7 per aliud differūt 7 p ɔñs vtrūq3 includit rōnē cōem in qua conueniūt. 7 ppriā p quā distinguūtur. 7 ista ppositio ostensa est simpliciter falsa. quia duo indiuidua simplicia: se ipis sine oñi distinctiōe cōueniūt et differūt. Preterea sicut illi duo dij ɔuenirēt in necesse esse 7 differrēt suis ppriis rōnib⁹: eodē modo quo hoc cōcedit cōcedendū est q deus 7 creatura cōueniūt in entitate et differūt suis ppriis rōnib⁹ realiter. 7 p ɔñs si illa rō sit bona deus includeret duas rōnes et quero sicut ipse querit: aut vtraq3 illarū est rō formaliter necessario essendi: aut nō. 7 procedo sicut ipse pcedit. Preterea si opz talia includere duo: aut necē est q illa sint distincta realiter aut formaliter: aut tñ sm rōnē. Non primo modo. q2 ipse dicit q natura cōtracta p differentiā realē nō distinguit realit a differētia ɔhente. si scdo mō. hoc modo de facto reperitur in deo q sunt ibi aliq̄ distincta formalit tñ Vñ 7 tūc quero 7 arguo sicut ipe arguit. Aut vtraq3 illa rū est rō necessario essendi. aut nō.

Ad istud respōdet q qñ aliq̄d diuidit. tūc ex se nō habet vltimā actualitatē essendi. sed expectat eā ab illis in que diuidit. 7 ideo si eēnt plura necesse esse: tūc necesse esse diuideret p rōnes pprias illis necesse esse: 7 ita esset in potētia. 7 non haberet ex se vltimaz actualitatē essendi. Nō sic aūt est in diuinis. q2 eēntia nō diuidit. nec est in potētia ad alias rōes pprias psonis. 7 ita essentia ex se habet vltimā actualitatē necessario essendi. q2 iste rōes pprie nō sunt formalit rōes necessario essendi. Cōtra hoc arguit dupl'r. Primo q2 aliq̄d pōt esse cōe ad multa: qd nō diuidit in illo: imo vl'r nullū cōe diuidit in illo quib⁹ est cōe. q2 nec est in illis. sed ipm manēs vnū nihil penitus recipiēs nec aliquo sibi addito diuidit in illa quib⁹ est cōe proportionalit voci que diuidit in sua significata: q tñ vox nō est in suis significatis diuisa. nec aliq̄d sibi aduenit ppter hoc q diuidit 7 ita q̄tūcunq3 eēnt plura necesse eē: nō oporteret q vnū illoꝝ includeret aliqua distincta siue realit siue formalit. Preterea. nō est maior rō. q ista formalit distincta cōponāt q̄ illa. 7 ideo vel oia distincta formalit cōstituētia p se vnū cōponūt vel nulla. sicut oēs res facientes p se vnū cōponūt essentialr vel nulle. ergo eadē rōne omia distincta formalr. quoꝝ vnū est aliquo mō pri⁹ alio. sic se habēt q vnū illoꝝ est in potētia ad reliquū. vel nullū. ergo si essent plura necesse vtrūq3 includeret rōnes distinctas quarū vna esset in potētia ad aliā distictā tñ formaliter. eadē rōne rū de facto in deo ponamus essentiā 7 relationē distingui formaliter. 7 eēntia est aliqua prīoritate prior relatiōe. seq̄tur q essentia sit in potētia ad relationē.

Cōtra scdaz rōnem scoti

Cōtra scdam rōem q̄uis non accipiat ita manifeste falsum sicut ista. tñ oporteret pbare q oēs forme se habēt sicut nūeri. ita scz q semp vna esset pfectior 7 alia impfectior. qd nō sufficiēter pbatur. Nec illa ppositio q̄ accipit in istis duabus rōibus est vl'r vera. s. q nulla duo pñt esse totalit terminātia depēdētiā alicui⁹ vni⁹.

Resolutio doc. Ad primuz articl'z

Dico ergo q q̄tuz ad primū articulū. q ratio pbās primitatē efficiētis est sufficiēs. 7 est rō oim phioꝝ. Videt tñ q euidētius posset pbari primitas efficiētis. per cōseruationē rei a sua causa q̄ per pductionē. sm qd dicit rem accipere esse imediate post nō esse. Cuius ratio est q2 difficile est vel ipossibile pbare cōtra phos q nō sit processus in infinitū in causis eiusdez

rationis: quarū vna pōt esse sine alia. sicut po-
suerūt hominē generantē ante hominē gene-
ratū in infinitū. ⁊ difficile ē ꝓbare ꝑ ꝓductio-
nē q̄ vnꝰ homo nō possit ꝓduci ab alio sicut a
causa totali. Et si ista duo essent vera diffici-
le esset ꝓbare: q̄ iste ꝓcessus nō esset possibil'
nisi esset vnū semꝑ manēs: a quo tota infinitas
dependeret. Et ideo argumētū pōt sic forma-
ri. quicq̄d realiter ꝓducitur: ab aliquo conser-
uatur q̄diu manet in esse reali. ſ iste effectus
ꝓducitur. g̃ ab aliquo ꝯseruatur q̄diu manet
De illo cōseruante quero. aut ꝓducit' ab alio.
aut non. si nō est efficiens primū: sicut est ꝯser-
uans primū. q: om̄e cōseruās est efficiēs. sicut
patebit in scdo. Si aūt ꝓducitur ab aliquo. g̃
cōseruat' ab alio. ⁊ de illo alio quero sicut p̄us
⁊ ita vel oportet ponere ꝓcessum in infinituz
vel stare ad aliq̄d primū: quod est conseruans
⁊ nullo modo cōseruatū. ⁊ tale erit primū effi-
ciens: sed nō est ꝓcessus in infinitū in cōseruā-
tibus: q: tūc aliqua infinita essent in actu: q̄d
est impossibile. sicut ptz ꝑ rōnes phi. ⁊ aliorū
q̄ sunt satis rationabiles. sic g̃ videt' per istaz
rōnē: q̄ est dare p̄mū cōseruans. ⁊ ꝑ ꝯn̄s p̄mū
efficiens. Et differt ista rō ab illa ratione fa-
cta sub forma priori. q: ista accipit cōseruās. ⁊
semꝑ om̄e cōseruās aliud siue mediate siue im-
mediate est cū cōseruato. nō aūt om̄e ꝓductū
ab alio requirit om̄e ꝓducens esse mediate vl'
immediate cū ꝓducto. ⁊ ideo q̄uis posset po-
ni ꝓcessus in infinitū in ꝓducentibꝰ sine infi-
nitate actuali. nō tm̄ in cōseruātibꝰ cuz actua-
li. De causis essētialit' ⁊ accidētalit' ordinatis
alias patebit. Quātū ad scdm articulū di-
co. q̄ est tm̄ vnū ens simpliciter primū. ⁊ ꝓbo
per rationē istiꝰ doc. ad hanc cōclusionē. Q:
quandocūq3 est aliquod cōe habēs plura con-
tenta. aut illa cōtēta distinguūtur specie: aut
solo numero. ⁊ ita si essent duo dij. sic distigue-
rentur sed non specie. q: tunc esset verisimile.
q: vnus esset perfectior alio. ⁊ per cōsequens
nō esset ille deus Si aūt distinguerentur solo
numero. hoc nō videtur ꝓbabile. q: q̄n sūt plu-
ra indiuidua distincta solo numero. nō videt' i-
cludere cōtradictionē quin sint plura q̄ duo.
nec pōt dari certus numerus taliū indiuiduo-
rū. ⁊ per ꝯn̄s possent esse plures dij q̄ sint. ⁊ ꝑ
cōsequens essent plures q: nihil pōt esse deus
quin necessario sit deus. Hec ratio est ꝓbabi-
lis: q̄uis nō demōstret sufficienter. Ad ar-
gumentū principale dico. q̄ q̄uis non est sta-
tus in aliquo determinato ordine: sicut in itel-
lectiōibus ⁊ volitionibꝰ. tm̄ in toto ordine en-
tiū opz ponere statū. q: aliter vt ꝓbatū est eēt
infinitas in actu: nō aūt si poneret' alius ꝓces-

p — Ad secūdū arti.

q — Ad p̄ncipale

sus in infinitū. oporteret ponere infinitatem
actualē. q̄a vna species posset esse sine alia. tm̄
in p̄missis suppositū est q̄ p̄mū efficiēs est sim-
pliciter primū ens. circa quod sunt opiniones
diuerse. Questio .xi.

c

Irca secundā p-

tem istiꝰ distinctionis q̄ro. Utrū
cū vnitate numerali diuine eēn-
tie. stet pluralitas ꝑsonarū realr
distinctarū. Q: nō. q: esse dicit' ab essentia f'm
Augustinū. g̃ vbi sunt disticta esse ibi sunt di-
stincte essentie. sed vbi sunt distincta supposi-
ta. ibi sunt distincta esse. q: sunt distincte sub-
sistētie. g̃ ⁊c̃. Scdo sic. maior est idētitas na-
ture ad suppositū in deo: q̄ in creatura. ſ ꝓpt'
idētitatez nature ⁊ suppositi in creaturis vbi
sunt plura supposita ibi sūt plures nature cre-
ate. igit' eodez modo ⁊ multo fortius vbi sunt
plura supposita increata. ibi sunt plures natu-
re increate. g̃ cū vna natura increata non stat
pluralitas suppositoꝝ. Cōfirmat'. q: q̄n aliq̄
sunt vnū realiter. multiplicato vno realr. mul-
tiplicat' ⁊ reliquū realit'. sed natura ⁊ supposi-
tū diuinū sunt vnū realit' g̃ si sunt plura suppo-
sita. sūt plures nature. Tertio sic. vij. metha.
in separatis a materia idē est q̄d q̄d est cuz eo
cuiꝰ est. nō aūt in cōiūctis cū materia. Aut in-
telligit q̄ est idez realit' sed nō formalit'. tūc in
cōiūctis cū materia idē est q̄d q̄d est realr cuz
eo cuiꝰ est. sicut in sepatis a materia. Aut intel-
ligit q̄ est idē realr ⁊ formalr. et ꝑ ꝯn̄s impossi-
bile est q̄ sint plura supposita realiter disticta
nisi sint plures essentie realit' disticte. In op-
positū est illud iohis p̄me canonice. c. v. Tres
sunt qui testimoniū dāt ⁊c̃. ⁊ hij tres vnū sunt
Difficultas istius q̄stionis oritur ex idētitate
diuine essentie cū relatiōe ⁊ ꝑsona. q: si eēntia
et relatio ⁊ ꝑsona sint simplr vna res numero
indisticta. difficile est videre quomō sunt plu-
res relationes. ⁊ plures persone: ⁊ non plures
essentie. Ad hoc saluādū dicūt quidā. q̄ suffi-
cit sola distinctio rationis inter essentiā ⁊ per-
sonā ⁊ relationē. Unde dicunt q̄ relatio in di-
uinis pōt dupliciter cōsiderari. Uno modo ꝑ
comparationē ad essentiam: ⁊ sic est ratio tm̄.
Uel per cōparationez ad illud ad q̄d refertur
⁊ sic est res. ⁊ sic per propriā rationē relatiōis
relatio realiter distinguitur ab opposito ⁊ nō
ab essentia. ⁊ ita erit ibi pluralitas realis ⁊ nō
rationis tm̄. Contra istum modū ponēdi ar-
guo. Uidetur eñ iste modus loquendi impro-
prissimus ⁊ de virtute sermonis includēs cō-
tradictionē. quia q̄ aliq̄d idē comparatū vni
sit ratio tm̄. ⁊ comparatuz alteri sit res. simile.

a — Questio .xi. q̄ est circa sc[...] partē scd[...] distinctionis — Arguitur p[...]

Secundo

Confirmatio

Tertio

In opposi[...]

b — Circa q[...] opi.

Opinio [...]

c — Cōtra [...]

est ac si dicerē ꝙ hō cōparatus boni sit asinus ⁊ comparatus lapidi sit vna qualitas: ⁊ cōparatus igni sit vnus dyabolus. Et rō est. qꝛ talia predicata cōpetūt illis de quib⁹ predicantur: siue omni operatione intellect⁹: et ideo ꝙ homo sit asinus: vel qualitas: vl' dyabolus nō habet ex hoc ꝙ intellectus cōparat hoc ad hō vel ad illud. et eodē mō ꝙ alquid sit res. nō hꝫ ex hoc ꝙ intellectus cōparat ipm ad quodcūqꝫ. sed ad quodcūqꝫ comparetur. nisi ꝑ talē cōparationē destrueretur remanebit vera res. ḡ relatio siue cōparetur ad essentiā per intellectū: siue ad relationē oppositā. cū per talē cōparationē nō destruatur remanebit vera res. sicut si nō cōparet. ḡ relatio etiā cōparata ad essentiā erit vera res. et eadē q̄ erit si cōparet ad relationē oppositā. Cōfirmat. qꝛ aut relatio cōparata ad relationē est essentia diuina aut non. Si nō. ḡ ꝑ aliquā cōparationē pōt fieri ꝙ relatio nō sit essentia. ⁊ eadē rōne ꝙ pat nō sit essentia. ⁊ ꝑ ꝯñs ꝙ paꝛ nō sit deus. qđ ē hereticū. Si sic. ḡ ꝑ rōnē istius nō plus distingueret relatio cōparata ad relationē: ꝙ essentia cōparata ad relationē cū relatio cōparata ad relationē sit essentia ꝺm eū. Preterea impossibile est eidē rei indistincte ꝓpter diuersas cōparatiōes intellect⁹ opposita cōuenire: sic essentia diuina vel deus. nō pōt esse pater et nō pater. eodē modo pater ꝓpter nullas comparatiōes pōt esse deus ⁊ nō deus. nec filius ⁊ nō filius. ḡ eodē modo relatiōi. ꝓpter diuersas cōparatiōes nō possunt opposita cōuenire. ⁊ per cōsequens propter nullas cōparationes pōt esse res et nō res. ratio ⁊ nō ratio. nec per cōsequēs pōt esse ratio tm̄ ⁊ nō res. Preterea q̄ro. aut ante omnē cōparationē relatio realiter distinguit et essentia non distinguit. aut non. Si sic. ḡ ad hoc ꝙ relatio distinguat ⁊ per ꝯñs ꝙ persone distinguantur nihil facit cōparatio intellectus. Si dicat ꝙ nō. ḡ vl' cōparatio intellect⁹ facit ꝙ essentia est eadē in omib⁹. vel ꝙ relatio distinguit quoꝝ vtrūqꝫ ē absurdū.

D Opinio scd'a. Alia ē opinio q̄ ponit ꝙ essētia et relatio realiter distinguuntur. Nec inuenit in sacra scriptura ꝺm istos ꝙ hec sit cōcedenda paternitas est deitas. Posset aūt ista opinio aliquo modo declarari. qꝛ sicut ꝺm fidē tenendū est ꝙ sūt tres ꝑsone in vnitate nature simplicissime. ita cū vnitate simplicissime nature diuine staret distinctio realis inter essentiā et relationē. sicut stat distinctio realis inter ꝑsonas. Sꝫ ista opinio nō ē rōnabil'. qꝛ q̄ro. aut relatio ⁊ essentia sunt aliqua vna res. aut non. si sic. q̄ro de illa re vna q̄ ē essentia et relatio. aut est eadē oīb⁹ modis. cū essentia. aut nō. si sic ergo sicut illa res nō distinguit' real'r a relatione. ita eēntia nō distinguit' real'r a relatione. ⁊ ꝑ ꝯñs essentia ⁊ relatio nō distinguūtur realit' qđ est oppositū positi. Si aūt illa vna res nō est eadē oībus modis cū diuina essentia. ḡ aliquomō distinguit'. Tūc q̄ro. aut distinguit' realiter. aut aliquo alio mō. Si real'r. q̄ro sicut prius aut illa res ⁊ diuina eēntia sunt vna res. ita ꝙ vna res indistincta sit illa res ⁊ eēntia diuina aut non. Et arguo sicut prius. Et ita vel oportet ponere ꝓcessum in infinitū. vel oꝫ dare aliquā vnā rem q̄ est illa res ⁊ essentia diuina. Et ita eadē rōe standū fuit in ꝑmo. ꝙ essentia ⁊ relatio sunt vna res. ⁊ tm̄ nō sunt eadeꝫ oībus modis. Et ita remanet difficultas q̄stionis.

E Tertia opinio Tertia est opinio. ꝙ relatio ⁊ essentia sunt vna res realiter. nec tm̄ sunt eadē oīb⁹ modis ex natura rei. sed ex natura rei habēt aliquē modū nō idētitatis. ⁊ ista nō idētitas sufficit ad distinctionē realē inter supposita diuina. Qꝛ aūt sit aliqua talis distinctio ⁊ nō idētitas int' relationē ⁊ eēntiā. ꝓbat' sic. nec credo. ꝙ sit aliud argumētū efficax ad istā ꝯclusionē. Arguit' ḡ sic

Argu. pro opi. Pmū suppositū habet real'r entitatē cōicabilē. alioq̄n nō posset eā cōicare. haꝫ etiā realiter entitatē incōicabilē. ergo est ibi aliq̄ entitas incōicabilis ⁊ aliqua cōicabilis. sed ꝯtradictoria nō pn̄t verificari de eodē nisi ꝓpt' aliquā distinctionē vel nō idētitatē. ergo int' eēntiā diuinā q̄ est cōicabilis. ⁊ relationē q̄ ex natura rei non est cōicabilis: oportet ponere aliquē modū non idētitatis.

Ad argumentum Ad istā rōem dicit' ꝙ eēntia ⁊ paternitas dñt tm̄ ꝺm rationē. qꝛ in rōe essentie nō cadit respectus. et iō est cōicabilis. in rōe tm̄ ꝑnitatis cadit respect⁹. ⁊ iō est incōicabilis.

Improbatur Responsio. Cōtra. hec responsio ꝯcedit ꝓpositū. qꝛ si in rōe eēntie ex natura rei nō cadit respectus. ⁊ in ratione pat'nitatis ex natura rei cadit respectus. igr̄ ex natura rei int' eēntiā ⁊ relationē est aliq̄s modus nō idētitatis. ⁊ habet' ꝓpositū.

F Rñsio ad q̄onem Et ideo dico cū ista opinione q̄ videt' mihi ꝓbabilior. ꝙ est aliq̄s modus nō idētitatis inter naturā diuinā ⁊ suppositū. ⁊ potest dici ꝺm bonū intellectū ꝙ distinguūtur formaliter. q̄uis nō distinguūtur realiter. Hoc cōfirmo sic. q̄ñcunqꝫ aliqua sunt idē omibus modis ex natura rei. quicquid ꝯpetit vni cōpetit alteri. nisi aliq̄s modus grāmaticalis vel logicalis impediat. sed posito ꝙ pater habeat oēs modos grāmaticales ⁊ logicales cōsimiles: quales habet hoc nomen essentia. adhuc hec est vera: eēntia est filius. ⁊ hec fisl't est vera: pater nō est filius. ergo illud idē negaretur de patre ⁊ affirmaret' de eēntia. nec pōt hꝯ cōtingere ꝓpter aliquā diuersitatē modoꝝ lo

gicalium vel grāmaticalium. ergo precise hoc erit ratiōe alicuius modi nonidētitatis inter illud quod significatur per essentiam. et inter illud quod significatur per patrē. ergo inter patrē et essentiā est ex natura rei aliquis modus nonidētitatis. Confirmatur ista ratio. quia quandocunqꝫ predicatū alicuius propositionis verificatur de illo pro quo subiectuꝫ supponit. et illo modo grammaticali vel logicali quo denotatur predicatū inesse subiecto. illa propositio est vera. sicut si dicatur sic. albuꝫ est homo. si illud pro quo subiectū supponit vere sit homo. hec erit vera: album est homo Similiter si dicatur sic. album potest esse nigrum. si illud predicatum vere cum modo possibilitatis inest illi pro quo subiectuꝫ supponit: ita ꝙ sit verū dicere: ꝙ illud pro quo subiectū supponit pōt esse nigrum. hec erit vera. albū pōt ēē nigrum Tunc quero sic dicendo. essentia ē pater. filius est pater. aut subiectū in vtraqꝫ omnibus modis a parte rei pro eodē supponit. aut non. si sic. ergo vtraqꝫ erit vera vel neutra. Unde si hec sit vera essentia est pater. predicatuꝫ vere inest illi pro quo subiectū supponit. ergo cū in ista filius est pater subiectuꝫ supponat pro eodem omnibus modis. hec erit vera. filius est pater. Secūdo confirmatur. quia quādo aliqua nomina significant idē omnibus modis: ita ꝙ in significato nulla penitus sit distinctio vel nonidētitas. ⁊ habent omnes consimiles modos significandi vere sūt synonima. ergo si ista nomina essentia ⁊ paternitas significēt idem oībus modis ⁊ habent omnes cōsimiles modos significandi. vel si nō habent quod tñ nō pōt assignari. volo ꝙ habeant omēs modos significandi cōsimiles. et per consequēs erunt nomina synonima. Tunc arguo. quādo cūqꝫ aliqua noīa sunt synonima: quicquid verificatur de vno sumpto significatiue ⁊ personaliter: verificatur de reliquo sumpto eodem modo. ergo si hec sit vera. essentia est filius. hec erit vera. paternitas est filius: quod est falsuꝫ.

Sed contra pdicta occurrunt aliqua dubia

Primū dubium

Primū est. an propter distinctionē formalem sit cōcedendū ꝙ sint plures formalitates in diuinis. Et videtur ꝙ sic. quia sicut quecūqꝫ sunt distincta realiter sunt plures res. ita q̄cūqꝫ distinguūt formaliter sunt plures formalitates.

Secūdū dubium

Secundum dubiū est. quia non videtur ꝙ talis distictio sit possibilis. sed ꝙ oīs distinctio sit realis vel rationis. et probat multipliciter.

Primū argu.

Primo sic. omnis res est ens reale: vel ens rationis ergo omnis distinctio vel est realis vel rationis. ergo essentia diuina et relatio vel distinguūtur realiter vel tñ ratione.

Secundū

Preterea omnis distinctio materialis ē realis. ergo multo fortius distinctio formalis ē realis. quia distinctio formalis ē maior ꝙ materialis. quia forma magis distinguit ꝙ materia.

Confirmatur

Confirmatur. distinctio realis est distinctio rerum et distinctio rationis distinctio rationū. ⁊ distinctio materialis ē distinctio conditionū materialiū. ergo distinctio formalis ē distinctio conditionū formaliū vel distinctio formarū.

Tertiū

Preterea sicut distinctio realis se habet ad distincta realiter. et distinctio rationis ad distīcta rōne. ita distīctio formalis ad distincta formaliter. sed quādo aliqua distinguūtur realiter vel rōne. nō tm̄ contingit dicere ꝙ vnū nō est realiter aliud vel nō est sm̄ rationeꝫ aliud. sed etiā contingit vere dicere ꝙ vnū nō ē aliud. ergo si essentia ⁊ relatio distinguūtur formaliter. non tm̄ est verū dicere ꝙ essentia non est formaliter relatio. sed etiā ꝙ essentia nō est relatio.

Tertiū dubium

Tertiū dubiū est. quia posita tali distinctione formali: non pōt haberi distictio realis personarū: sicut ex distinctione rationis inter aliqua nō pōt haberi distictio quecūqꝫ ex natura rei. ergo sicut aliqui arguūt ex distinctiōe ex natura rei ipsarū personarū distinctionē ex parte rei inter essentiam ⁊ relationē: ita ex distinctiōe reali personaruꝫ contingeret arguere distinctionē realē inter essentiā ⁊ relationē.

Secundū argu.

Preterea sicut de eodē formaliter nō pñt verificari cōtradictoria formaliter. ita de eodem realiter nō possunt verificari cōtradictoria realiter. ergo ad hoc ꝙ essentia sit realiter cōicabilis ⁊ relatio nō sit realr cōicabilis: non sufficit ꝙ essentia ⁊ relatio nō sunt idē formalr sed requiritur ꝙ nō sint ideꝫ realiter.

Ad primū

Ad primā istorū dico: ꝙ nō est magis cōcedendā ꝙ sint plures formalitates in deo vel plures rōnes reales: ꝙ plures realitates vel plures res. Et ita vlr de essentia ⁊ relatione: nō plus debet cōcedi pluralitas quorū cūqꝫ quorū quodlibꝫ sit realiter in deo quocūqꝫ noīe noīetur: ꝙ pluralitas rerū. et ita non sunt ibi plures modi reales. nec plures formalitates. Causa rō est. q: accipio realitatē essentie ⁊ relationis que vna est. si nō sūt plures realitates. ⁊ accipio formalitatē essentie que distincta est a formalitate relationis vt ē formalitas relationis per te. Et tunc q̄ro. aut realitas essentie et formalitas essentie distinguūtr aliquo modo scꝫ formaliter. aut nullo modo. si nullo modo. ergo quicquid negatur a formalitate essentie negatur a realitate essentie. ⁊ tunc sicut hec ē vera per te. formalitas essentie nō ē formalitas relationis. ita hec erit vera. realitas essentie nō est formalitas relationis. ⁊ ita

esset aliquid in deo quod nõ esset diuina essentia. quod est impossibile. Si autẽ realitas essẽtie nõ sit eadẽ oĩbus modis ex natura rei formalitati essentie. q2 distinguitur formaliter. ⁊ tñ est eadẽ realiter. ergo alia est formalitas illius formalitatis ⁊ illius realitatis. Et tunc quero de formalitate illius realitatis. aut distinguitur realiter ab illa realitate. aut non. ⁊ ita vel erit processus in infinitũ. vel dabitur ꝙ aliqua distinguũtur formaliter. et tñ nõ sunt plures formalitates. sicut nec plures realitates. et eadẽ ratione fuit standũ in primo: ꝙ essentia ⁊ relatio distinguũtur formaliter. ⁊ tñ ꝙ non dicũt plures realitates nec plures formalitates Et eodẽ modo sicut arguitur de pluralitate formalitatũ. ita põt argui de pluralitate modorũ realiũ: quorũ quilibet sit realiter ipsa diuina essentia et de pluralitate rationũ realiũ. ⁊ pluralitate quidditatũ vel esse quidditatiuorũ. Si dicatur ꝙ relatio est eadẽ realiter cũ diuina essentia: ⁊ distinguitur formaliter. ergo alio cõuenit. ⁊ alio differt. q2 nihil idẽ formaliter põt esse causa cõuenientie ⁊ differentie. Dico ꝙ frequenter dictũ est prius ꝙ illud principiũ aliquorũ. ꝙ nihil cõuenit realiter cũ aliquo. ⁊ differt formaliter ab eodẽ per idẽ. sed per aliud ⁊ aliud aliquo modo distinctũ. est falsissimũ in deo ⁊ in creaturis. Et ideo dico ꝙ essentia seipsa sine omni distinctione a parte sui est eadẽ realiter cũ relatiõe. et distinguitur formaliter. ⁊ eodẽ modo est de relatiõe. Si dicatur ꝙ si sint idẽ. ergo cõueniũt in aliquo vel sunt idẽ in aliquo ⁊ nõ in essentia. nec in relatiõe. ergo in aliqua formalitate que est vtriusq2: cũ tñ formalitatib9 distinctis. Respondeo ꝙ proprie loquẽdo de cõuenientib9: nõ debet dici ꝙ cõueniunt in aliquo. sicut nec proprie dr ꝙ distincta distinguũtur in aliquo: sed distinguuntur aliquibus. ita debet dici ꝙ cõueniũt aliquibus Unde sicut oĩa distincta distinguuntur vel seipsis vel aliquib9 sibi intrinsecis. ita oĩa cõuenientia in quib9 nõ est aliquod idẽ omnib9 modis. vel cõueniũt seipsis vel aliquibus sibi intrinsecis. Unde sortes ⁊ plato cõueniũt seipsis specie. ⁊ seipsis distinguũtur numero. ⁊ nõ dz proprie cõcedi ꝙ cõueniũt in aliquo sed aliquib9. q2 seipsis Ita in proposito essentia ⁊ relatio cõueniunt seipsis. ⁊ sũt idẽ realiter seipsis. et seipsis distinguuntur formaliter.

D
Ad sc̄dm dubiũ

Ad secundum dico sine assertione temeraria et preiudicio: ꝙ talis distinctio est ponenda. Qualiter autem sit ponenda declaratum est prius. sed non est ponenda nisi vbi credita ad hoc compellunt.

I
Ad primũ argumentum

Ad primum in contrariũ dico: ꝙ aliqua est distinctio que stricte nec est realis nec rationis. sicut quãdo res distinguitur a ratione. tamen quãtum ad propositum. dico ꝙ distinctio realis est duplex. Una qua est distinctio rerum. Alia est distinctio qua vnum puta. b. non est formaliter. a. et dicitur distinctio realis quia est ex natura rei sed primo modo nõ est realis. Ideo nego istã consequentiã. omnis res est ens reale vel ens rationis. ergo omnis distinctio vel est realis vel rationis. Est enim distinctio media: quãuis inter ens reale et ens rationis non sit medium.

K
Ad sc̄dũ ar.

Ad secundum nego consequentiam. quia distinctio materialis est distinctio materiarũ: ⁊ ideo est realis. distinctio aũt formalis nõ est formarũ. sed est aliquorũ quorũ vnũ nõ est formaliter reliquũ. hoc est: de quorũ vno vere dr ꝙ est aliqua res absoluta vel respectiua: ⁊ de reliquo dr vere ꝙ nõ est illa res. sicut essentia vere est filius: ⁊ tñ pater nõ est filius. Unde si in materia esset aliquid cõtrahẽs ⁊ aliquid cõtractũ que nõ realiter distinguerentur: sicut aliqui ponũt. tũc ista nõ distinguerentur materialiter. sed tñ formaliter. et tñ nihil hic esset forma. sed tñ materia. Unde est aduertendũ: ꝙ distinctio formalis vocatur. quũ vnũ est de per se in intellectu alterius. et aliquid competit vni aliquo modo quo nõ alteri. siue hoc sit in materia siue in forma. hoc tñ in solo deo est possibile.

Ad cõfirmatiões

Per hoc ad confirmationẽ: ꝙ non sic se habet distinctio realis ad res ⁊c̃. et distinctio formalis ad distincta formaliter.

Ad tertiũ

Per hoc patet ad tertiũ: ꝙ non est simile. q2 distinctio formalis presupponit idẽtitatem realem. distinctio autẽ realis nullã idẽtitatẽ presupponit. ⁊ ideo quãuis in aliis distinctionibus contingat vere negare vnũ ab alio. nõ tñ in distinctione formali.

Z
Ad tertiũ dubiũ
Ad primũ argu.

Ad tertiũ dubium cõcedo ꝙ ex sola distinctiõe formali nõ cõtingit inferre distinctionẽ realẽ personarũ a priori. et ideo ex sola distinctione formali relationis et essentie: non concluditur a priori distinctio realis personarũ. sed econuerso. ex distinctione reali personarũ et idẽtitate essentie cũ personis et relationibus cõtingit inferre distinctionẽ formalẽ relationis ⁊ essentie. et ita distinctio realis personarum non est: quia essentia et relatio distinguuntur formaliter. sed quia due relationes realiter distinguuntur. et ideo paternitas et spiratio actiua in patre: quãuis distinguantur formaliter. quia tamen nõ distinguuntur realiter nec inter se: nec distinguuntur realiter a patre. sicut paternitas a filiatione et spiratione passiua: et spiratio actiua a spiratione passiua: ideo non constituũt distincta supposita: sed tñ vnum distinctum realiter a filio et spiritu sancto.

Ad sc̄dm

Ad aliud dico ꝙ nõ est simile. q2 idẽtitas formalis nullã cõpatitur secũ nõ idẽtitatẽ vel distinctionẽ. ⁊ ideo

nullo modo permittit verificationē cōtradictoriorum quocunq; modo sed idētitas realis cōpatitur aliquā nō idētitatē. vt negationem alicui⁹ modi idētitatis. ꝛ iō aliquo mō cū aliquib⁹ determinationib⁹ saltē pmittit talē verificationē.

M
Prima dubitatio

Etsi queraꝶ. An debeat concedi ꝙ distinguūtur formaliter. ꝛ videꝶ ꝙ nō. q̄a cū formaliter nō sit determinatio distrahens nec diminuens: seq̄tur formalr: essentia ꝛ relatio distinguūtur formalr̄ ꝑ distinguūtur. ꝯñs est falsū. ꝑ ꝛ añs.

Secunda.

Silr̄ ꝓus argutū est: ꝙ cōtradictio est via potissima ad ꝓbandū distinctionē realē. ꝑ si cōtradictoria pñt verificari de essentia ꝛ relatione. sequitur ꝙ distinguūtur realiter.

Tertia

Silr̄ sicut realitas est in plus ꝙ formalitas. ita realiter est in plus ꝙ formaliter. ꝑ b̄ arguitur ab inferiori ad superi⁹. distinguūtur formaliter. ꝑ realiter. Sicut hic. a. est formalitas. ꝑ a. est realitas

N
Ad primā dubitationem

Ad primū istoꝝ dico: ꝙ si distingui importaret purā negationē: tunc hec esset bona cōsequētia essentia ꝛ relatio nō sūt idē formalr̄. ꝑ distinguūtur formalr̄. Si tn̄ nō importet precise negationē ꝫ etiā affirmationē: pōt cōcedi ꝙ essentia ꝛ relatio distiguūtur formaliter. Nec valet. ꝑ distinguūꝶ. q: i negatiuis. siue sint precise negatiue. siue sil̄ importent negationē ꝛ affirmationē: nō opꝫ a determinabili sumpto cū determinatiōe: ad determinabile absolute sumptū: eē cōsequētiā formalē. Quid tn̄ debeat absolute dici de virtute sermonis: nolo ad pñs immorari.

O
Cōtra scōam

Ad scōm dico ꝙ cōtradictio est via potissima ad ꝓbandū distinctionē realē. qñ ita est ꝙ est negatio simplr̄: ita ꝙ p nullā circūlocutionē pōt alteꝝ cōtradictorioꝝ verificari de illo a quo negaꝶ. ꝫ qñ p talē circūlocutionē cōtingit alterū cōtradictorioꝝ verificari de illo a quo negatur: tunc em̄ erit vna via ad ꝓbandū distinctionē formalē. ꝛ sic est in ꝓposito. q: ꝙuis hec sit vera paternitas nō est cōicabilis. hec tn̄ ē vera paternitas est illa res q̄ est cōicabilis. Silr̄ ꝙuis hec nō sit vera. pater ē fili⁹. tn̄ hec ē vera. paꝶ est illa res q̄ est fili⁹. q: paꝶ ē illa essentia q̄ ē filius. Et vlr̄. qñ ita ē tūc est illa distinctio possibilis. ꝫ nūꝙ ita ē nisi i deo. ꝛ iō ē i solo deo ponenda. Vn̄ dico ꝙ nō pōt eē distinctio formalis nec talis ꝯtradictio verificari: nisi vbi sūt distincte res realiter. q̄ tn̄ sunt vna res realiꝶ. qd̄ solū est possibile de ꝑsonis diuinis. q: sunt tres ꝑsone realiter distincte: ꝛ tn̄ sūt vna res. q: sunt vna essentia numero. Et ita cū non sit possibile in creaturis: ꝙ plures res distīcte realiter sint vna res. iō in creaturis nō est talis distinctio ponēda. nec vnꝙ ē ponēda vbi credita nō cōpellūt. imo nūꝙ est ponēda iter aliqua: nisi qñ aliqua sunt idē realr̄: ꝛ vnū illoꝝ ē aliqua res absoluta vel relatiua: ꝛ alterū nō ē illa res absoluta vl̄ relatiua: sicut dictū ē ꝓus

P
Ad tertium

Ad aliud dico: ꝙ nec formalr̄ est inferi⁹ ad realiter nec formalitas est inferi⁹ ad realitatē ꝫm ꝙ formalitas ꝛ formaliter differūt solū penes modos grāmaticales. sicut nomē ꝛ aduerbiū sibi correspondēs. q: qñ dr̄ ꝙ essentia ꝛ relatio distiguūtur formalr̄: ly formalr̄ ē ibi vnū purū sincathegoreuma: sicut ē p se: vel necessario: vel cōtingenter: vel omīs vel aliqd̄ tale sincathegoreuma. ꝛ iō nō pl⁹ ē formalr̄ inferi⁹ ad realiter. nec formalitas ad realitatē: ꝙ per se ad realiter. ꝛ ꝑseitas ad realitatē. ꝛ iō nō sequiꝶ: distinguūꝶ formalr̄. ꝑ realiter Et si dicatur siue formalitas sit inferi⁹ ad realitatē siue nō. tn̄ hec est vera. oīs formalitas ē realitas. ꝑ eodē mō oīa distincta formaliter sūt distincta realiꝶ. Respōdeo ꝙ hec nō dꝫ concedi. oīs formalitas ē realitas Et rō ē. q: formalitas ꝫm ꝙ mō loquimur ē quasi cōditio toti⁹ ꝓpōnis q̄ nō est entia reale. ꝛ iō formalitas cōsequēs q̄si ꝓpōnē. nō ē realis. Unde silr̄ ē de formalitate respectu realitaꝶ. et de necessitate respectu realitatis. ꝛ hoc loquēdo de necessitate q̄ correspōdet necessario: qñ sic dr̄. hō necessario nō est asin⁹. hic em̄ ē qdā necessitas. ꝛ tn̄ nulla est hic necessitas q̄ sit vera realitas. q: tūc eēt aliqua necessitas realis alia a deo. et ita aliq̄ res alia a deo esset necessaria vel necesse eē. ꝫ ista necessitas est toti⁹ ꝓpōnis. ꝛ dico ita hic. sic̄ h̄ homo necessario ē risibilis ē vna necessitas. ꝛ eodē modo ē de formalitate: ꝙ formalitas est cōditio ꝓpōnis. Et iō nūꝙ opꝫ dicere plures formalitates. ꝫ erit vna formalitas: si formalr̄ affirmetur. ꝛ illa formalitas nō erit nec essentia nec relatio nec ꝑsona nec aliquid reale. et si negeꝶ. tūc erit negatio formalitatis. ꝛ nulla erit ibi formalitas Et ideo qñ dicitur essentia ꝛ relatio nō sunt idē formalr̄. nō oportet ponere plures formalitates. sed negetur ibi formalitas. Sicut quādo diciꝶ sic. homo nō necessario est asinus. nō oportet ponere plures necessitates. sed negetur ibi necessitas. Et si dicaꝶ ꝙ nō loquimur de ꝓpositiōe sed de re. ꝛ de formaliter ꝛ de formalitate que sunt a parte rei. Respondeo ꝙ ꝙuis loquimur de re: tn̄ loquimur de ea mediante ꝓpositione. et mediantibus terminis. ꝛ ideo alique possunt esse cōditiones ꝓpōnis et terminoꝝ ꝓpōnis mediantibus quibus loquimur: que non sunt ipsi⁹ rei de qua loquimur. Et ideo concedo ꝙ ex natura rei: essentia non est formaliter relatio hoc ē essentia est aliqua res absoluta vel relatiua. ꝛ relatio nō ē illa res: sicut essētia ē paternitas.

⁊ filiatio nõ est paternitas: et tñ illa formalitas
nõ est i re ex natura rei: sicut homo necessario
est risibilis. ⁊ tñ illi⁹ necessitas nõ est in re: ꝙ
nis in re ⁊ ex natura rei hõ sit risibilis.

Q
Ad rõnes princi pales.
Ad pmã

Ad
pmã argumẽtũ pncipale dico ꝙ supposita ha
bent distincta eẽ subsistentie. ß ex hoc nõ seqꝛ
ꝙ habẽt distincta eẽ maxime absoluta. qꝛ esse
absolutũ dr̃ ab essentia.

R
Ad scdam

Ad scõz dr̃ ꝙ aliqͩ
dicit̃ cõicabile dupliciť Uel p idẽtitatẽ. ita ꝙ
illud cui cõicat̃ sit ipm. Uel p informationez.
ita ꝙ illud cui cõicat̃ sit in ipo nõ ipz. Primo
vl̃e cõicatur singulari. ⁊ scdo mõ forma mate
rie. Natura ĝ ꝗcũꝗ: ꝙ tñ ẽ ex se ⁊ de rõne natu
re est cõicabilis vtroqꝫ modo. scꝫ p lurib⁹ sup
positis quorũ quodlibet sit ipm. ⁊ etiã vt quo
tanꝗ̃ forma quo singulare suppositũ sit quid
ditatiue ens siue habens naturã. Suppositũ
aũt est incõicabile duplici incõicabilitate op
posita. Per hoc pꝫ ꝙ nõ est omnimoda idẽti
tas iter naturã ⁊ suppositũ. ⁊ ideo natura nõ
multiplicatur ß cõicatur. et suppositũ nõ cõi
catur sed multiplicat̃. Sed ista respõsio quã
tũ ad declarationẽ nõ valet. qꝛ nũꝗ̃ natura in
creaturis cõicat̃ supposito. ita ꝙ sit ipm: imo
natura nulli cõicatur. nisi forte in assumptiõe
supposito diuino. ⁊ nũꝗ̃ est ipm. Nec vl̃e etiã
cõicatur singulari. sicut pri⁹ ostensũ est.

Resolutio docto ris.

Ideo
dico ꝙ distinctio aliqualis est inter essentiã ⁊
suppositum: ꝑpter quã põt suppositũ realiter
multiplicari. non multiplicata natura. Et qñ
dr̃ maior est idẽtitas ⁊c̃. Dico ꝙ est aliqͥs mo
dus nonidẽtitatis inter naturã diuinã ⁊ sup
positũ diuinũ. qualis nõ est in creaturis inter
naturã ⁊ suppositũ. tñ aliqñ est maior nõidẽti
tas. qꝛ aliqñ est nõidẽtitas realis inter suppo
sitũ ⁊ naturã creatã. Primũ pꝫ. qꝛ dictũ est ꝙ
suppositũ diuinũ nõ est idẽ formaliť cũ diuina
essentia. ß in creaturis ipamet natura indistin
cta omnino ẽ suppositũ: ꝗuis cõtigẽter sit sup
positũ. ⁊ ideo ꝗuis aliqͩ ꝯnotatũ p h̃ nomen
suppositũ ñ sit idẽ cũ natura creata: tñ ipa na
tura ꝗdiu est suppositũ: et nõ est assumpta ab
alio supposito realiter distincto: nõ plus dif
fert a supposito ꝗ̃ a seipsa. Et ideo ꝗuis sup
positũ creatũ nõ possit multiplicari. nisi natu
ra multiplicet̃. ꝓpť omnimodã idẽtitatẽ inter
naturã ⁊ suppositũ tale tñ natura diuina non
multiplicabiť: ꝗuis suppositũ diuinũ multi
plicet̃. Per dicta pꝫ ad cõfirmationẽ.

S
Ad tertiã

Ad
tertiũ dico ꝙ phs frequẽter libro metha. acci
pit qͦ qͩ ⁊ qͩditatẽ ꝓ ipa forma rei. Et iõ in
ꝯiũctis cũ materia nõ ẽ idẽ qͦ qͩ cũ eo cui⁹ ẽ
⁊ qͦ qͩ est ps realis ⁊ essentialis illi⁹ cui⁹ est.
nec sic est in sepatis a materia. qꝛ illa sunt sim
pliciť simplicia. nõ hñtia ptes realť distinctas.

Distinctionis tertie. Questio prima.

Distinctio. III

C

Irca distin
ctionẽ tertiã in qua magi
ster tractat quomodo vni
tas diuine essentie ⁊ trini
tas personarũ cognoscun
tur ex creaturis. Quero p
mo. Utrũ pmũ cognitũ ab intellectu nr̃o
sit diuina essentia.

A
Questio. I
Arguitur primo

Et sic. qꝛ vnũqͦdqꝫ intel
ligitur fm ꝙ ẽ sepatũ a materia. ĝ illud qͦd p
mo ⁊ maxime sepatur a materia pmo itelligi
tur: sed diuina essentia maxime sepatur a ma
teria. ĝ pmo intelligitur.

In oppositũ

Ad oppositũ. oĩs
nostra cognitio ortũ habet a sensu: ergo sensi
bile vel aliquid relucens in sensibili primo in
telligitur.

B
Opinio prima

Ad. q. dicitur: ꝙ cognitio dei ex
creaturis duplex est. scꝫ naturalis et rationał
Prima est cognitio dei cũ primis intentioni
bus entis concepta statim ⁊ naturaliter. Se
cunda est via ratio natiue deductionis ãnad
uersio. Loquendo de ista scđa cognitione dici
tur ꝙ deus non est primũ quod homo cogno
scit ex creaturis sed vltimũ. Loquendo primo
modo. dicitur ꝙ deus est primã cognitũ a no
bis naturaliter.

Prima ꝓpõ
Prima rõ

Hoc probatur. quia omis
cognitio accepta a sensu procedit ab indeter
minato ad determinatum: sicut sensus de ve
niente a longe prius cognoscit ꝙ sit corpus ꝗ̃
ꝙ sit animal. ⁊ prius ꝙ sit aial ꝗ̃ ꝙ sit homo. ⁊
prius ꝙ est homo ꝗ̃ ꝙ est hic homo Ergo simi
liter intellectus prius de quocunqꝫ cognoscit
ꝙ sit ens ꝗ̃ ꝙ sit hoc ens. ⁊ prius ꝙ sit bonum
ꝗ̃ ꝙ sit hoc bonũ. ⁊ prius ꝙ sit ens ꝗ̃ ꝙ sit sub
stantia. ergo semp quãto intelligibile est ma
gis indeterminatuz. tanto intellectus noster
prius intelligit. Sed ideterminatio ẽ duplex
scꝫ quedaz priuatiue dicta. ⁊ quedã negatiue
dicta. Cũ eñ dicitur hoc bonũ vel illud. intel
ligitur summe determinatũ per naturã ⁊ sup
positũ. Indeterminatũ priuatiue est cũ intel
ligitur vniuersale quod est vnũ in multis ⁊ de
multis. ⁊ huius et illius. Indeterminatio ne
gatiua est qua itelligitur bonũ simpliciter ⁊ e
bonũ subsistens. nõ vt hoc vel vt illud. ⁊ hoc ẽ
summe indeterminatũ. ĝ pmum intelligibile

Scđa ratio

Item inuit alias rõnes ad hoc. qꝛ deus est
principiũ ⁊ finis rerũ i esse nature. ĝ similiter
est finis ⁊ pncipiũ eorũ in esse cognito. ĝ sicut
est finis nostre cognitionis quo ad clarã eius
visionẽ ita erit principiũ quo ad cognitionez
ei⁹ gñalẽ.

Tertia

Preterea nihil pfecte põt cognosci
nisi deo pfecte cognito. ĝ nihil põt qͥlitercũqꝫ
impfecte cognosci: nisi deo aliqͥliť ipfecte co
gnito.

Quarta

Preterea nihil põt cogñsci nisi cogñsceñ

tur p̄me intētiões entis. sic̄ intētio entis vni⁹
et hmōi. q2 ista p̄ma ip̄ssiōe imp̄minē in aia
saltē poītate nature. s̄ nō pōt cōcipi bonū ni
si cōcipiaē bonū qd̄ dei ē. ḡ 7c. Scd̄o dicit

Scd̄a ppō

q̄ q̄cq̄d est in deo cognitū nō sub rōe essentie
7 nature in paeticulari. s̄ sub rōe alicu⁹ attri
buti in vl̄i. est rō cognoscēdi q̄cq̄d ē in creatu
tis. Sicut em̄ ens determinatū p naturā aut p
suppositū singulare: nō habet esse nisi p formā
q̄ in eo determinaē: q̄ de natura essentie sue in
se nō dicit aliq̄d determinatū. sic nec hab3 co
gnosci esse tale ens: nisi ex cognitione ipsi⁹ for
me in se rōne nature vl̄ essentie diuine. q2 vnū
qd̄q3 sicut se habet ad eē. ita ad cognitionē. et
sicut hoc bonū nō pōt cognosci nisi per bonū
et ens simpliciter. sic nec bonū et ens p̄ticipa
tū p̄nt eē nec cognosci nisi per bonū et ens nō
p̄ticipatū. s̄m Aug. viij. de trini. Tertio po

Tertia ppō

nit q̄ q̄uis ita sit: q̄ q̄cquid est de⁹ cognoscaē
p̄mo 7 intelligaē. nō em̄ discerniē ista cognitio
ne q̄d ē dei: ab eo q̄ q̄d est creature. q2 sub nul
la rōne appropriātē aut determinātē attribu
tū illud deo cōcipitur: imo si hoc modo cōcipi
tur sub rōne entis: nō distinguiē esse ei⁹ ab eē
creature. Si sub rōne boni. nō distinguiē s̄m
intellectū bonū in deo ab eo qd̄ est in creatu
ra. 7 ita cōcept⁹ dei sub ꝓpria rōne entis. aut
boni simpliciter. aut alicu⁹ hmōi intentiōis
generalis: est primus. q̄m nō discerniē ꝓpter
eius simplicitatē ab intentionib⁹ hmōi cōue
nientib⁹ creaturis. 7 ita est de aliis cōceptib⁹
p̄ticularib⁹ respectu cōcept⁹ entis. Cōtra

Cōtra opiniones

istā opinionē p̄mo arguo q̄ de⁹ nō sit p̄mū co
gnitu3 a nobis. q2 si sic. aut illud qd̄ imediate
terminat actū ē p̄cise ens reale extra aia3. aut
est p̄cise ens rōnis in aia. puta ꝯcept⁹ generā
lis vel aliq̄d tale. Si deē p̄mū. 7 nō est creatu
ra. q2 tunc creatura p̄mo cognosceretur. ḡ ipsa
diuina natura in se 7 in paeticulari cognosce
reē qd̄ ē falsū 7 īpossibile. etiā s̄m eos. Si aūt
illud qd̄ īmediate terminat actu3 intelligēdi
7 totaliter: sit q̄dā cōcept⁹ hn̄s tm̄ eē obiecti
uum in aia. vel aliq̄ rō fabricata p intellectu3
sit p̄mo cognitū: 7 q̄ in illo cognosciē de⁹. Cō
tra. obiectū p̄mū alicu⁹ potētie p̄mitate gn̄a
tionis p̄cedit omnē actū intellect⁹. ḡ nullū ta
Ex istis verbis patet ꝙ iste cōcedit ꝙ de deo pnt eē plēs cōceptus. scꝫ cōceptus qdditatiuus ⁊ plures denoiatiui. etiā posito ꝙ in deo nulla eēt distinctio ex natura rei corrndēs illis distinctis sceptibus. qꝛ dicit ꝙ distinguerentꝛ p relatōes rōnis mutuo se respicientes. Uñ imediate subdit inuēs pꝛ istū modū aliū modū distiguēdi tales cōceptus. scꝫ p distinctōez ex natura rei corrndentē. quā ponit inter diuina attributa dicēs sic. Forte tn̄ posset poni aliq distinctio maior illorum cōceptuū ꝙ per relatōes rōnis mutuas. ⁊ adhuc possēt vrtualr cōtineri in illa essentia et per intellectū actualr explicari. Sꝫ dꝫ ħ alias sicut ipemet pmittit dicēꝛ in qone de attributis.

L

Ex quo pꝫ sm eū ꝙ eiusdē rei simplicis pnt esse distincti cōceptus scꝫ qdditatiuus ⁊ denominatiu⁹. ⁊ sine oi distinctiōe a pte rei. ⁊ p distinctōem formalē a parte rei. ⁊ sine reali distinctione.

M

Patet etiā ꝙ vult ponere ꝙ isti cōceptus erunt cōuertibiles sine distinctōne reali extrinseca correspōdēte. tn̄ qꝛ ponit ꝙ scept⁹ qdditatiuus adeqtus est tn̄ vnus nō sic denominatiui. sed certe sicut declaratū est cōcept⁹ qdditatiui nō suertibiles pnt esse plures etiā sm eū. ergo intelligit de cōuertibilibus. Silr rō sua pbat ꝙ tales cōcept⁹ cōuertibiles sine distinctiōe extrinseca possunt esse plures. si eniꝫ ista distinguerenꝛ realr natura immaterialis pfecta. intellectus pfectus. actus intelligēdi. obiectū primariū. de istis possent formari sceptus plures ⁊ cōuertibiles. ⁊ sine distinctōne extrinseca corrndēte. ergo codē modo p rōnez suā. vbi ista distinguunꝛ sola rōne. possent formari plures cōceptus ⁊ cōuertibiles. etiam sine distinctōe extrinseca corrndente. Similiꝛ dicit ꝙ tales plures cōcept⁹ pnt explicari precipue si sint distincti p relatiōes rōnis mutuo se respicientes. ꝫ si requirerēt aliquā distinctio

neni extrinsecā.nō distinguerent̄ p relatōnes
rōnis mutuo se respicientes.sed p relatōnes rō
nis illa extrīseca respicientes ꝭm eū.Et ita prꝫ
ꝙ nō intelligit de talibus.esse creatiuum.esse
beatificatiuū.esse gubernatiuū. ꝛ sic de alijs.
quia isti sunt plures ꝛ denoīatiui ꝛ cōuertibi-
les.sed ꝭm istū nō distinguunt̄ nisi ꝭm relatio
nes rōnis ad diuersas creaturas.sicut dr̄ crea-
tiuus inq̄tum pōt oīm creaturā de nihilo pro
ducere. beatificatiuus in quātū potest nature
intellectuali dare vitā eternā.ꝛ sic de alijs im
portantibus ꝭm eū tm̄ respectuꝫ rōnis Sed
istud nō est verū.ꝙ cū de eadē re simplicr̄ sine
omni distinctōe intrinseca ꝛ extrinseca habe-
ant̄ plures cōceptus.quoꝝ vnus sit q̄dditati-
uus ꝛ alius denoīatiuꝰ est impossibile.ꝗ sicut
dictū est ꝯceptus est aliq̄d tale i eē obiectiuo
intelligibili q̄le est ipa res extra. ita ꝙ si possꝫ
ꝓduci realr̄ sicut pōt fingi intellectualr̄ esset
realr̄ silr̄ rei singulari ꝓus note. ꝭ impossibile
est a pte rei respectu rei simplicis.inuenire duo
silia vni rei. ita ꝙ neutrū sit silr̄ nec possit esse
simile nisi illi rei vel alteri similiū.qn eq̄lr̄ vnū
illoꝝ sit silr̄ illi rei sicut alterū.Uerbi grā si b.
et c.ꝑcise possunt eē silia ipi a.qd̄ est simplicr̄
simplex sine oī distinctōe partiū eiusdē rōnis
et alterius rōnis. ꝛ sine omni distinctōe a pte
rei. ncēe est ꝙ vtrūqꝫ illoꝝ essentialr̄ assimilet̄
ipi.ꝛ hoc si vtrūqꝫ illoꝝ sit eq̄ simplex.ḡ eodēꝫ
modo est de ꝯceptibus.ꝙ si sint duo cōceptus
simplr̄ simplices.ꝛ sint vniꝰ ꝛ simplicꝭ sine omī
distinctōe correspōdente.ncēe est ꝙ vterqꝫ illorū
eque assimilet̄ sibi.ꝛ p ꝯn̄s si vnꝰ sit q̄dditati-
uus ꝛ reliquus. Nec est maior rō de vno q̄ de
alio. Preterea qn̄ tota q̄dditas rei ꝛ nihil ex
tra q̄dditatē rei exprimit̄ p aliquē conceptuꝫ
simplr̄ absolutū q̄ nec est cōnotatiuus nec re-
spectiuus nec negatiuꝰ.tūc ille ꝯceptꝰ est q̄d-
ditatiuus. ꝗ nihil plus requirit̄ ad h̄ ꝙ aliq̄s
ꝯceptus sit q̄dditatiuus.ꝭ sic est in ꝓposito p
positū.ḡ ꝛc. Si dicat̄ ꝙ respicit idēꝫ.ꝭ alio
modo. Cōtra quero de illo modo.nō potest eē
a parte rei.ꝗ tūc a parte rei eēt aliqua nōidē-
titas.ḡ est tm̄ in intellectu.ꝛ tūc nō erit nisi q̄
dam cōceptus.Et quero de illo sicut prius.et
erit ꝓcessus in infinitū.vel dabit̄ ꝙ ille conce
ptus sit q̄dditatiuus.ꝛ p ꝯn̄s nō facit aliū cō-
ceptū nō q̄dditatiuū. Dico ḡ ad rōnē ꝙ posi-
to ꝙ maior esset vera.ꝛ ꝙ talia distinguerent̄
Dico ꝙ impossibile est hr̄e tales cōceptus cō-
uertibiles nō cōnotatiuos distinctoꝝ.et ideo
nulla erit distinctio rōnis.sicut nec ē distictio
ex natura rei.ꝛ ita nullus ordo rōnis.Et si di-
cat̄ ꝙ bonitas diuina ꝭm cōceptū distinguit̄
a scientia diuina.Silr̄ hic sunt distincti cōce-
ptus intellectꝰ diuinus ꝛ volūtas diuīa. Dico
ꝙ hic sunt distincti cōceptus ꝓpter distictio-
nem cōceptuū partialiū.qui vel sunt oīs q̄d-
ditatiui ꝛ eis correspōdēt res alique distincte.vl̄
sunt cōnotatiui cōnotātes res distinctas. Un̄
dicēdo intellectꝰ diuinꝰ ꝛ voluntas diuina.isti
cōceptus totales sunt cōuertibiles ꝛ cōuenien
tes deo.ꝛ tn̄ isti cōceptus partiales intellectꝰ
et volūtas. vel habēt aliqua distincta cōtēta
ꝭm ponētes potētias anime distingui realr̄.
vel cōnotant res distinctas. puta actū intelli
gendi ꝛ actū volendi ꝭm vnā opinionē q̄ pōit
ꝙ nulla est talis distinctio.nec rei nec ratōis.
puta in aīa ipsis actibus distinctis. sicut post
ostendet̄. Ad argumētū ꝓme opiniōis dico
ꝙ cōmune ad multa potest ꝑdicari vel in con
creto vl̄ in abstracto.si in abstracto.ꝑdicabit̄
de quolibet q̄dditatiue.ꝛ ideo sapia ꝑdicatur
in quid.ꝛ de sapia increata ꝛ d̄ creata. Si aūt
ꝑdicet̄ in ꝯcreto poterit ꝑdicari de vno in q̄d
et de alio denoīatiue. lꝫ ex forma ꝑdicandi nō
sequat̄ ipm ꝑdicari in q̄d de quocūqꝫ. Quare
aūt ꝑdicat̄ de vno in quid ꝛ de alio denomina
tiue. Ratio est ꝗ vnū cōtētū habet aliquod
subiectū natū ab ipo denoīari. Ab alio autem
cōtēto nō est natū aliq̄d denoīari. Et ideo qn̄
ꝑdicat̄ de vno ꝑdicat̄ denoīatiue.ꝛ de alio in
quid. Ad ꝓncipale patet ꝙ eiusdē rei possūt
esse plures silitudines. vna impfecta ꝛ cōmu
nis alicui cui ꝓpria silitudo nō ē cōmunis. Ad
argumentū in oppositū.ꝗ aut ibi ita exprimit
cōceptus cōnotatiuos dei.sicut absolutos. iō
dico ꝙ omnia dicunt̄ ꝭm substantiā. quia ipa
substātia dei est illud de quo immediate ꝛ pri-
mo dicuntur

Questio quarta.

V ppositio ꝙ de-
us sit aliquo modo a nobis cogno
scibilis.Queri. Utrū deū esse sit
p se notū.ꝛ naturalr̄ notū. Qꝫ sic.
quia ꝓpositio necessaria in qua ꝑdicat̄ idē de
se est p se nota.sed in ista.deitas est ꝑdicat̄ idē
de se.ꝗ esse dei ꝛ deitas in nullo distinguunt̄.
ḡ ꝛc. Ad oppositū.ꝓpō dubitabilis nō est p
nota.sed hec deus est :ē hmōi.ḡ ꝛc. In ista q̄
stiōe cōiter tenet̄ ꝙ deū eē nō ē p se notū.Unꝰ
tn̄ subtilis hoc declarat assignādo ꝓmo rōem
ꝓpōnis p se note. ꝗ illa nō excludit notitiam
terminoꝝ. sed excludit notitiā alterius ꝟitat̄
complexe in rōne cause. ita ꝙ soli termini illi-
us ꝓpōnis sufficiūt ad notitiā euidentē illius
ꝓpōnis. Uerūtn̄ dr̄ esse intelligendū ꝙ alius
terminus est diffinitio ꝛ alius diffinitū. quod
sufficiēter ꝓbat p duas rōnes. ex q̄bus infert̄
ꝙ ꝓpō nō est p se nota de quidditate confuse

D
Ad argumentum prime opi.

P
Ad argumentum principale

A
Questio IIII

B
Resolutio questionis

Cõcepta que nõ est nota nisi eadẽ p diffinitio-nem distincte cõcipiatur. (Cõtra scotum) Et ex his rñdet ad q̃-stionẽ dicẽdo q̧ ppõ illa est p se nota. q̃ cõiugit ista extrema. esse et eẽntiã diuinã vt est h̃ essen-tia et esse sibi ꝓpriũ q̃uõ deus videt sez eẽntiã et esse sub ꝓprijssima rõne qua est in deo h̃ eẽ. quõ nec esse intelligit a nobis nec eẽntia. sed a deo et a beatis. qz ppõ ista ex ꝓprijs tmĩs ha-bet euidentẽ veritatez intrĩ q̧ ppõ ista nõ est p se scd̃o modo. ita q̧ p̃dicatũ sit extra rõnem subiecti. sed est p se p̃mo modo et immediata. et ex terminis euidẽs. quia est immediatissima ad quã resoluunt oẽs ꝓpõnes enũciãtes ali-quid de deo. qualitercũq̧ cõcepte. g̃ ista deus est siue eẽntia est. est p se nota. qz ista extrema nata sunt facere euidentiã de ista ꝓpositione cuilibet apprehẽdẽti pfecte extrema istius com-plexionis. qz esse nulli pfectius cõuenit q̃ hu-ic essentie. Sic ergo intelligẽdo p nomen dei aliq̃d quod nos nõ pfecte cognoscimus nec con cipimus vt hãc eẽntiã diuinã. sic est p se nota deus est. Sed si queratur an eẽ insit alicui cõce ptui quẽ nos cõcipimus de deo. ita q̧ sit ppõ p se nota in qua enũciatur esse de tali conceptu. puta ncc̃e esse vt de ꝓpõne cuius extrema pñt a nobis cõcipi. puta aliq̃s cõceptus deo conue niens. nõ tñ cõis sibi et creature. puta necesse esse. vel ens infinitũ vel summũ bonuz. Dicit q̧ nulla talis est p se nota ꝓpter tres ratões

(Prima ratio) Primo. qz quelibet talis est cõclusio demon strabilis etiã ꝓpter quid. Probatur. quicq̃d pri mo et immediate cõuenit alicui. de quolibz qd̃ est in eo põt demonstrari ꝓpter q̃d p illud cui p̃mo cõuenit tanq̃ p mediũ. Exemplũ si trian gulus p̃mo habet tres et c. de quolibet cõtento sub et in triãgulo potest demõstrari ꝓpter q̃d q̧ habet tres angulos. p mediũ qd̃ est triãgu-lus. puta q̧ aliqua figura hz tres et c. (Scd̃a) De qua-libet etiã specie triãguli q̧ hz tres. licz ñ p̃mo.

(Tertia) Esse aũt p̃mo cõuenit huic essentie vt hec. g̃ de quolibet quod est in hac essentia qd̃ potest a nobis cõcipi. siue sit supius quali passio põt demõstrari esse p hanc essentiã sicut p mediuz demõstratõr ꝓpter quid. et p cõñs nulla talis est p se nota. Scd̃a rõ est efficax si bene intelliga tur. et silr̃ tertia. (Primũ dubiũ) Tñ sunt hic duo dubia. Pri-mũ est qz videtur dicere q̧ aliq̃d est p se notum de diffinitõe. quod tñ nõ est p se notũ de diffi-nito. quod nõ est verũ. sicut nõ est possibile q̧ h̃ sit p se nota. oĩs figura plana et c. hz tres an-gulos et c. et tñ q̧ hec nõ sit p se nota. oĩs trian-gulus hz tres et c. vel q̧ hec sit p se nota. omne aĩal rõnale est risibile. et non hec. oĩs homo est risibilis. (Prima ratio) Cuius ratio est. quia sicut ipe acci-pit nunq̃ predicatuz est p se notum de aliquo subiecto ꝯposito: nisi sit per se notũ ptes suas vniri. sed de nulla diffinitõe põt esse p se notũ ptes illius vniri. g̃ nulla talis põt esse p se no-ta. Maior ptz. et ipe ꝯcedit eã. Minorẽ ꝓbo. q̃a omis diffinitio vel est ꝓprie dicta vel data p additamentũ. si per additamentũ nõ est per se notũ q̧ habeat habitudinẽ ad aliq̃d extrin-secũ. ptz inductiue. sicut nõ põt esse p se notuz q̧ aĩa est actus corporis. vel q̧ color est disgre gatiuus visus. et sic de alijs. Si aũt sit diffini-tio ꝓprie dicta oportet q̧ detur p ptes exp̃mẽ-tes ptes realit̃ distinctas diffiniti. sicut in dis. viij. patebit. sed tales ptes pñt cognosci q̃uis nõ sit p se notũ illas vniri. (Scd̃a ratio) Preterea. quelibet talis vnio est contingẽs. g̃ nulla est p se nota. Añs pz inductiue. sicut vnio materie et forme est ꝯtingẽs. silr̃ vnio substãtie et accidẽtis. Si militer depẽdẽtia ad cãm est cõtingẽs. et vnio ptiũ integraliũ est cõtingẽs. et ita ptz de oĩbus que sunt nata vniri ad habendũ diffinitionez

(Euasio.) Si dicatur q̧ q̃libet vnio talis actualis est cõ-tingẽs. nõ tñ potẽtionalis. (Responsio.) Contra. per diffi nitionẽ nõ exp̃mitur vnio potẽtionalis s̃ actua lis. sicut dicimus q̧ homo est aĩal rõnale. non q̧ potest esse aĩal rõnale. et sic de alijs. Similr̃ posito q̧ nõ deberet exp̃mi vnio actualis. ad-huc nõ videtur q̧ sit p se nota talis vnio. qz quã do aliqua vnio actualis est ꝯtingẽs: nõ videtur q̃n aliq̃s possit dubitare de vnione etiã potẽ-tionali. sicut aliq̃s cognoscendo tã materiã q̃ formã. põt dubitare an forma possit vniri ma-terie. et ita nõ esset ipossibile. qui si aliq̃s semp videret intuitiue illud qd̃ est subiectũ accidẽ-tis: et similit̃ ipm accidẽs separatũ. ita q̧ nũq̃ videret ea cõiuncta. non esset possibile q̃n ta-lis posset dubitare an vnũ possit alteri vniri.

(Tertia ratio) Preterea. si aliqd̃ predicatũ essz per se notũ de diffinitione et nõ de diffinito. maxĩe ipm diffi-nitũ esset per se notũ de diffinitione. sed vide-mus q̧ ipmmet diffinitũ nõ est per se notũ de diffinitiõe. g̃ et c. (Scd̃m dubium) Scd̃m dubiũ. qz videtur dice-re q̧ esse qd̃ est per se notuz de diuina essentia sit aliquomõ distinctũ a diuina essentia. qz vi-detur dicere q̧ in tali ꝓpositione sunt distin-cta extrema. et predicatũ nulli prius et pfectius cõuenit q̃ huic essentie. si sic intelligatur et acci piat aliqd̃ esse ꝓprius deo quod prius cõpetit deo q̃ aliqd̃ aliud p̃dicatũ. q̃a si nõ est aliq̃ di-stinctio inter diuinã essentiã et bonitatẽ illaz vel sapientiã illã que est realiter diuina essen tia. multomagis vel eque nõ est aliqua distin-ctio inter essentiã diuinã et esse quod est reali-ter ipa diuina essentia. Secunda pars illius solutionis vera ẽ. sed p̃ma ratio nõ valet. nec est cõsona ꝓprijs dictis. qz accipit maiorẽ falsaz

scilicet q quicqd pmo et imediate conuenit alicui: de quolibet qd est in eo et contentuz sub co pot demonstrari ppter quid p illud cui pmo conuenit tanq per mediu. Cuius ratio est. q nulla ppositio per se nota est demonstrabilis nec a priori nec a posteriori etia sm eu. q ex hoc q talis ppositio est demonstrabilis probat q no est p se nota. sed nuc est ita q aliqn sicut ppositio in qua pdicatur aliqd pdicatuz de subiecto cui primo conuenit est nota ex terminis. ita ppositio in qua pdicatur ide pdicatu de contento sub illo coi est nota ex terminis. sicut eniz hec est nota ex terminis sm eu. oe totu est maius sua pte. ita est hec nota ex terminis. oe continuuz est maius sua pte. Silr sicut hec est nota ex terminis. si ab equalib equalia demas q relinquutur sunt eqlia. ita hec est p se nota ex terminis. si a diuersis qternarijs eqlia demas q relinquutur sunt equalia. et vlr vel frequent qn aliqd pdicatu est p se notu de suo pmo subiecto. est p se notu de quolibet ptento sub eo in se cognito.

D
Responsio aut.

Ideo dico ad qstione pmo qd ppositio p se nota. et dico q p ly p se no excludit notitia termiorz. nec notitia terminoz est causa sufficies respectu talis notitie. s cu notitia terminoz requirit formatio ppois ex illis terminis. et ita cu formatio ppois no possit fieri nisi mediate volutate. Ad notitia ppois p se note requirit ipa volutas tanq efficies causa salte mediata. no tn vlr qn notitia incopleta terminoz et formatio ppois ad notitia euidete talis ppois sufficiut. est ppo p se nota. s sic dictu est in pma qoe plogi. aliqn notitia itutiua terminoz cu formatioe ppois sufficit ad notitia euidetez veritatis ptingetis. et tn illa veritas ptinges no est p se nota. s ad hoc q ppositio sit p se nota. oportet q qcunq notitia termioz siue sit pfecta siue impfecta. siue pfusa siue distieta. dumodo illi ide termini q pus apphendutur et no alij. siue intuitiua siue abstractiua. sit sufficies cu formatioe ppois ad causandu notitia euidente ppositiois.

Questio
E
Responsio

Et si querat. an notitia termioz in vli sufficiat. Dico q no. q tuc est aliquis terminus apprehensus qui no est in tali ppositione p se nota. Intelligendu est tn q iproprie aliqn ab auctoribus dicit aliqua ppositio p se nota. ad cui tn notitia no sufficit notitia termioz incopleta cu formatioe ppositiois: sed requirit aliquid aliud. q tn no requirit syllogismus nec expientia aliqua alia alicui termini scz realis. dicitur esse ppositio p se nota. q sufficit sola exemplificatio alicui inferioris. sic q ex duabus ppositoibus vlibus dispositis in mo et in figura: pcipue in pma. sequit ppositio vlis. potest dici aliquo modo p se notu. q no oz nisi exemplificare in terminis. et statim intellect assentit. Et ita est in alijs scietijs. q pncipia aliq cartuz dicunt esse p se nota. qruis no qlibet notitia terminoz sit causa efficies notitie euidetis illarum veritatu.

F
Scdo dic.

Secudo dico q alius termin est vniuersale et quodlibet contentu sub eo siue contentu dicat res siue coceptus. et eodem modo alius termin est diffinitio et diffinitu. Et sm hoc dico q alij termini sunt in ista ppositone: deus est: qua nos habem mo de facto. et alij termini sunt in illa ppone quam videns essentia diuina pot formare. pdicado illud qd quod est diuina ecntia de ipamet diuina essentia. et aliqs alius termin est in illa ppone qua pot talis formare pdicando illud idez qd nos pdicamus de aliqua ecntia. ita q sunt ibi due ppones ad minus possibiles. q nobis no sunt possibiles. Scdm hoc ditu. q illa ppo qua de facto habemus no est p se nota. s ppo vtraq qua format beat. siue pdicado esse qd e deus de diuina ecntia. siue illud qd nos pdicamus est p se notu. Primu pz. q illa ppo que est dubitabilis no est p se nota. sed ista ppo qua nos habem est dubitabil. manifestuz est. ergo et c. Scdm patet. q apprehedes illos terminos et formas ppone necessario assentit. De prima patet. q ibi pdicat ide de se scz ecntia de ecntia. s de re simplici no pot intellect apprehedes illa te dubitare. qn pdicatio eiusdez de se sit vera. g et c. De scda etia ppone patet q intellectus btus videns illa essentia no pot dubitare eam esse. nec etia apprehedens ea obstractiue. quecuq sit ratio istius dicti. Per altera istaru pponu est illa ppo qua nos habem de facto demonstrabilis. pdicando in pma ppone illud pdicatu quod nos habem. scdo pdicando de illo subiecto quod nos habemus ipaz diuinam essentia in se et ex his pponibus concludendo pdicatu quod non habem de subiecto quod nos habemus. Et si querat. cui est ista ppositio demonstrabilis. Dico q est demonstrabilis vel ipi videnti essentia diuina in se vel cognoscenti abstractiue ipaz diuina essentia in se. Et si dicat q talis ppo no e sibi dubitabil. Dico q posito q talis manes talis no posset illaz ppone dubitare. tn est demonstrabilis. q ad hoc q aliqua ppo sit demonstrabil. sufficit q possit dubitari a quocuq. et postea p sillogismuz accipiente ppones necessarias possit fieri nota. et ita est in pposito q aliqs potest ista ppositione dubitare. et postea si videat diuinaz essentia pot cande formare qua prius. et virtute notitie pmissaru ea euideter cognoscere.

G
Ad argu.
principale

Ad argumentu pncipale dico q in ista ppositioe

deitas est. nõ p̄dicat̄ idem de se. q2 hic p̄dicat̄ vnũ cõmune ad deũ ꝛ ad alia. ꝛ nullũ cõmune est idē cũ suo inferiori. nec est ps sui inferioris. nisi qñ plures cõceptus cõiungunt̄. sicut est de diffinitõe ꝛ parte diffinitionis. q2 ibi vna pars est in plus ꝙ̄ tota diffinitio. nec in aliquo alio casu inferius includit suũ supius. ꝛ ideo in tali ppõne nõ predicat̄ idē de se: nec ps de toto: nisi vt dictũ est. nec aliquid intrinsecuʒ illi de quo p̄dicatur. Questio. v.

Questio V

Upposito ꝙ de:

f

us nõ sit p̄muũ cognitũ a nobis. q̄ritur. Utrũ vl'e cõissimũ sit p̄num cognitũ a nobis. Q2 sic videt̄. Auicēna p̄mo metħ. vult ꝙ ens ꝛ hmõi p̄ma impssione imprimunt̄ in aia. ḡ talia cõissima sũt p̄ma cognita a nobis. Ad oppositũ vniuersaliora sunt difficillima ad cognoscendũ. quia sunt a sensu remotiora. i. metħ. ḡ que sunt ppinquiora sensui sunt notiora. ꝛ p ɔ̃ns p̄us cognita. s huiusmodi sũt singularia sensibilia. ḡ ꝛc. Ad q̄stionē d2 ꝙ cõmunissimũ nõ est p̄us notuʒ. sed spēs spēalissima illius singular̄ quod fortius mouet sensum. Intelligit̄ aũt questio de p̄mo obiecto p̄mitate gñationis. ꝛ sic intelligendo questionē ista opinio p̄mittit duo. Primũ est ꝙ conceptũ simplr̄ simplicē vocat qui non est resolubilis in plures cõceptus. vt cõcept⁹ entis vel vltime dr̄e. Cõceptus vo simplex lʒ nõ simpliciter simplex ē quicũqȝ potest accipi ab intellectu actu simplicis intelligētie. licʒ possit resolui in p̄les cõceptus seorsum ɔceptibiles. Secũdo p̄mittit ꝙ aliud est intelligere ɔfusũ et aliud cõfuse intelligere. Confusũ eñ idē est quod indistinctũ. Et sicut duplex est indistinguibilitas ad ppositũ. scʒ totius ēentialis in partes ēentiales. ꝛ totius vl'is in partes subiectiuas. ita est duplex distinctio duplici toti⁹ p̄dicti ad ptes suas. Confusũ aũt intelligitur qñ intelligit̄ aliq̄d indistinctũ altero p̄dictoꝝ modoꝝ. Sed cõfuse d̄r aliquid cõcipi quando concipit̄ sicut exprimit̄ p nomē. Distincte. qñ concipit̄ sicut exprimit̄ p diffinitionē. His p̄intellectis p̄mo ponit̄ ordo originis in cognitione actuali que ɔfuse cognoscunt̄. ꝛ quo ad hoc dicit̄ ꝙ primũ actual'r cognitũ confuse est spēa spēalissima. cuius singulare efficacius et fortius p̄mo mouet sensum. ꝛ hoc supposito ꝙ singl'are nõ põt sub rõne ppria intelligi. quia s̄m eum modo loquit̄ de his que certũ est posse intelligi s̄m vnam opinionē. Conclusio ꝓposita ꝓbatur. causa naturalis agit ad effectũ suũ s̄m vltimũ potētie sue quãdo nõ est impedita. ergo ad effectũ pfectissimũ quem potest ꝓducere p̄mo agit. sed omnia concurrētia ad istuʒ actuʒ primũ intellectus sunt cause mere naturales. quia p̄cedunt oēm actũ volũtatis. et nõ sunt impedite. vt pʒ. ergo ꝓducunt effectum pfectissimũ in quē possunt. Ille aũt non est nisi cõceptus spēi spēalissime. Si eñ aliq̄s alius esset. puta cõceptus alicuius cõmunior̄ esset pfectissimus. in quē ista possent cũ cõceptus superior vel cõmunior istius sit imperfectior cõceptu spēi specialissime. sicut pars ē imperfectior toto. sequeret̄ ꝙ illa nõ possent i cõceptum illius spēi. ꝛ ita nunq̄ causarēt conceptum illius. Secũdo sic. Auicēna p̄mo metaphisice. ca. iij. Metaphisica est vltima i ordine doctrine. ḡ p̄ncipia oim aliaruʒ sciarum possunt cõcipi. ꝛ termini illoꝝ ante principia metħa. sed hoc nõ esset si oporteret p̄mo actualiter concipi cõceptus cõmuniores ꝙ̄ conceptus specierũ specialissimarũ. tunc eñ oporteret ens et hmõi p̄mo concipi. ꝛ ita magis seq̄retur metaphisica esse primã in ordine doctrine. ḡ. Tertio sic. q2 si oporteret p̄cõcipere cõceptus vniuersaliores ante conceptum talis speciei. nũc sensu posito in actu de singl'ari mouente sensum ꝛ intellectu exñte soluto. oporteret ponere magnũ tp̄s anteq̄ spēs huius singularis p̄mo sensati conciperet̄. q2 p̄us oporteret intelligere p̄dicata cõmunia ꝛ oia dicta in quid de illa specie s̄ʒ ordinē. Dicũt secũdo isti ꝙ ordine originis ens est primuʒ distincte cognitũ. ꝛ consequēter semp prius sibi ppinq̄ora ꝛ posterius remotiora. quia ex secũdo premisso nihil concipit̄ distincte nisi quãdo concipiunt̄ omnia que sunt de rõne ēentiali eius sed ens includit̄ in oibus cõceptibus inferioribus q̄dditatiuis. ergo nullus cõceptus inferior distincte cõcipit̄ nisi cõcepto ente. ens aũt nõ potest concipi nisi distincte q̄a habet conceptũ simplr̄ simplicē. Potest ḡ distincte cõcipi sine aliis ꝛ nõ ecõuerso. ḡ ens est p̄mus cõceptus distincte ɔceptibilis. Dicũt etiã ꝙ totus ordo cõfuse concipiēdi p̄cedit totũ ordinem distincte cõcipiēdi. qđ ꝓbat̄ auēte predicta Auicē. de ordine metħ. ad alias scias speciales. Tertio dicũt ꝙ notitia hituali sũt cõi ora pri⁹ nota via gñatõis. ꝛ h̄ ꝓbãt p exēpluʒ a sili. de diuersis form's pficiētib⁹ idē pfectibil'e ordine quodã. scilʒ mediatius ꝛ immediatius. Et cõsil'r de eadē forma. si v̄tual'r cõtineat i se pfectionē illarũ formarũ ordinatarũ cõsimili ordine pficientē. Eodē modo de diuersis cõceptibus vel vno equiualēte virtualiter in perficiendo intellectũ. Cõtra opinionē p̄missã ꝙ ponit de cõceptu simplr̄ simplici et nõ simpl'r simplici. innuēs ꝙ nullus cõceptus speciei vl'

Margin notes: B Questio V; B Opinio p̄ma q̄ ē scoti; Conclusio scoti; Conclusio scđo pri.; Cõclio scđa scoti; Tertia conclusio scoti; C Cõtra opiniones

generis est simplr simplex. nõ est verũ q: de re simplr simplici nõ est impossibile habere ꝯceptũ simplr simplicẽ. sed aliq̃ res est simplr simplex. sicut alias declarabit. ꝑ ꝛc. Preterea illud quod nõ est simplr simplex. vl includit cõpositionẽ vel est cũ altero cõponibile. ergo si cõceptus spẽi spẽalissime vel generis nõ sit simpliciter simplex. vel hoc est q: ꝯponit ex pluribus cõceptibus vel q: est ꝯponibilis. Primũ nõ est verũ. q: qñ aliq̃d componit ex pluribus partes sunt modo sibi cõuenienti. si totũ sit realiter. partes sunt realr. si totũ sit ens rõnis et habẽs actualr esse ꝯpositũ ꝛ esse obiectiuum. partes ꝓportõabilr erũt. ꝑ ꝯcept⁹ spẽi spẽalissime nõ põt esse sine partib⁹ suis. ꝛ ita cũ ipse ponat ꝙ ꝯceptus entis est ps nõ põt esse cõceptus spẽi spẽalissime sine cõceptu entis qđ ipse negat. Si dicat ꝙ cõcept⁹ entis est ibi virtualr vel potẽtõalr. ꝛ hoc sufficit ad rõez ptis. Cõtra. pars est prior naturalr suo toto. ꝭ illud quod est tm̃ potẽtionalr vel v̾tualr nõ est ꝑus natura alio. ꝑ oꝫ ꝙ pars actualr sit ꝑor actualitate sibi ꝯuenienti. ita ꝙ sicut ps realis ẽ ꝑor simplr ꝛ vere actualr est. ita ps rõnis est prior in esse cõcepto vel cognito. Preterea qñ aliq̃ hñt oẽs partes simplr easdeꝫ illa sunt simplr idẽ. nec in aliquo distinguunt. ꝑ si ꝯcept⁹ spẽi nõ sit simplex sed cõpositus. oꝫ ꝙ hẽat oẽs ptes easdeꝫ q̃s hꝫ diffinitio. q: alie ptes nõ pñt dari. q: ꝑter ꝯceptũ spẽi nõ sunt ꝯcept⁹ ẽentiales spẽi nisi tm̃ ꝯceptus generis ꝛ dr̃ie que sunt partes diffinitõis. ꝛ nõ est maior rõ ꝙ vna ps diffinitõis sit ps ꝯceptus spẽi ꝙ alia. ꝑ diffinitio ꝛ diffinituꝫ nõ ẽẽnt distincti termini qđ alibi negat. Si dicat ꝙ alr cõponãt cõceptũ spẽi ꝛ ꝯceptũ diffinitõis. q: in diffinitiõe sunt in actu. in ꝯceptu aũt spẽi sunt tm̃ potẽtõnalr vel v̾tualr. Contra. qñcũqꝫ aliq̃d est in potẽtia vel v̾tualr ſm ꝙ ista distinguũt ꝯ eẽ i actu illud nullã facit cõpositionẽ in illo in quo est. Exemplũ. q: forma est in materia in potẽtia ꝛ nõ in actu. ideo nõ facit materiã cõpositã. sic alias patebit. Silr. q: oĩa sunt in deo v̾tualr. ideo nõ faciũt in deo ꝯpositionẽ. ꝑ si ꝯceptus generis ꝛ dr̃ie sint tm̃ potẽtionalr vel v̾tualr in ꝯceptu spẽi. nullã faciẽt ꝯpositionẽ in specie. Nec põt dici scđm ꝙ ꝯceptus spẽi nõ est simpliciter simplex. q: est ꝯponibilis. Tũ q: nõ est ꝯponibilis nisi forte cũ cõceptu actuali. Tum q: cõceptus vltime dr̃ie ꝛ silr ꝯceptus ent̃ est componibil̃. ꝛ tñ vterqꝫ est simplr simplex ſm eum. Contra scđm ꝑmissuꝫ. q: ipse dicit ꝙ cõfuse concipit aliq̃d. qñ ꝯcipit sicut exprimit ꝑ nomen. ꝛ distincte qñ cõcipit sicut exprimit ꝑ diffinitionẽ. inuẽs ꝙ diffinibile nõ põt distincte cognosci sine diffinitõe. Contra hoc. oẽ quod concipit ſm totũ ꝛ ſm quãlibet parteꝫ distincte cõcipit. ꝭ ꝯceptus alicui⁹ spẽi potest cõcipi ſm se totũ ꝛ ſm quãlibet partẽ sine diffinitõe. ꝑ ꝛc. Minor pꝫ. Tũ q: sicut post patebit aliqua spẽs nõ hꝫ diffinitionẽ ꝓprie dictã. Tum q: sicut dictũ est ꝯceptus alicui⁹ spẽi est simplr simplex. Tum q: sicut post patebit. cõmunissimũ nõ est semp ꝑmũ distincte cognituꝫ nec etiã cõmunis semp ꝑus distincte cognoscitur.

Contra ꝑncipalẽ cõclusionẽ ꝑmi articuli ꝙ spẽs spẽalissima nõ primo intelligat ꝑmitate originis. q: ſm multos ꝑmũ obiectũ potẽtie maxime ꝑmitate originis ꝑcedit actũ potẽtie ſm illã rõnẽ ſm quã terminat actũ potẽtie. ꝭ spẽs spẽalissima sub rõne spẽi spẽalissime non ꝑcedit oẽm actũ intelligẽdi. sicut declarauĩ ẽ ꝑus. ꝑ ꝛc. Preterea aut singlare itelligit a nob aliquo mõ. ꝛ hoc sub rõne ꝓpa singularitatis. aut nullo modo. Nõ nullo mõ certũ est. q: tũc nunq̃ de eo possemus inq̃rere aliquã veritatẽ ꝛ ita nõ possem⁹ inq̃rere an sit ponẽda vel nõ. Si sit aliquo modo cognscibile a nobis ꝛ nõ in ꝯceptu ꝓprio. ꝑ in ꝯceptu cõi sibi ꝛ alijs. ꝛ oĩs ꝯceptus nõ q̃dditatiu⁹ ꝯueniẽs alteri ꝑsupponit ꝯceptũ q̃dditatiuũ illi cõueniẽtẽ ſm euꝫ alibi. ergo esset aliq̃d ꝑdicabile in q̃d de dr̃ia indiuiduali. ergo ipa dr̃ia indiuidualis i se cognoscit ꝑmo. ꝛ tũc ꝑ rõnẽ suã causa naturalis agit ad ꝑfectissimũ conceptũ in quẽ põt. ergo ipm singulare ꝑmo intelligit. Preterea rõnes sue nõ cõcludũt. Prima nõ. q: qñ accipit ꝙ cã naturalis ꝛc. aut intelligit ꝙ ꝓducit effectum ſm spẽm aut ſm numerũ. si scđo modo hoc est falsum. q: ignis in calefaciẽdo nõ ꝓducit ꝑfectissimũ calorẽ in quẽ potest. ꝭ successiue ꝓducit quousqꝫ ꝑueniat ad ꝑfectũ calorẽ. Si itelligat ꝑmo modo. aut intelligit de causa totali illo modo quo causa naturalis põt eẽ cã total̃ aut v̾r de oĩ cã. siue sit totalis siue ptial̃. Si scđo modo hoc est falsuꝫ. q: aliqñ cã partialis ꝓducit vnũ effectũ ꝛ postea illa causa ptialis et effectus ꝓductus cõcurrũt sicut due cause partiales ad ꝓducendũ effectũ perfeciorẽ. pꝫ quia ipa substãtia anime ꝑmo causat cognitionem. ꝛ postea ista cognitio ꝛ substãtia anime poterũt ꝓducere vnã volitionẽ. q̃ est ꝑfectior cognitõe ꝑmo ꝓducta in naturalib⁹. etiã pñt adhuc multa exempla inueniri. Si intelligat ꝑmo mõ. tũc si sit nata ꝓducere plẽs effectus nullus eoꝝ ꝑus ꝓducet nisi forte ꝑoritate tẽporis. q: vnus potest ꝓduci in instãti. et alius tantũ successiue. ꝛ tũc ille qui ꝓducetur in instanti siue sit perfectior siue imperfectior ꝑus producetur. Et hoc si productio instantanea

Cõtra scđꝫ dictũ

D Contra ꝑncipalẽ conclusionẽ

E Cõtra ꝑmi in

nō sit finis nec intrinsecus nec extrinsecus ꝓductōis successiue. Que aūt sit cā illi⁹. post dicet. Cōfirmat. ꝑ phm. ix. metha. ꝙ q̄ sunt ꝑora via generationis sunt imꝑfectiora. illud nō pōt itelligi de distictis effectib⁹ ꝓductis a distinctis ⁊ disparatis causis. q̄a illi vel nō hñt talē ordinē originis. vel indifferent̄ pōt pri⁹ ꝓduci pfectius aut impfectius ⁊ ecōuerso. Sic ꝑꝫ ſm eū ꝙ itelligit de cā habēre plures effectus. Preterea. ſm eū visibile distās pri⁹ itelligit̄ sub rōe cōloꝝ q̄ min⁹ cōi. ḡ nō sp ꝓducitur pmo effectus pfectissim⁹. Si dicat̄. ꝙ cause iste sunt ipedite ꝓpt̄ iproportionē mediȷ. Cōtra. qñ est aliqua cā ꝓductiua minoꝝ effectuū ita ꝙ q̄cunq̄ sufficiūt ad ꝓductionē vni⁹ effectus. puta a. ⁊ nō alterius puta b. tūc a ⁊ b si simul ꝓducātur. prius natura ꝓducit̄ b q̄ a. q̄a ꝑus natura ſm phm. v. metha. et scđm eos est illud qđ pōt esse sine alio ⁊ nō ecōuerso. sed q̄cūq̄ sufficiūt ad causandū ꝯceptū min⁹ cōem sufficiūt ad causandū effectū cōloꝝ. sicut isti habēt ꝯcedere. ⁊ nō ecōuerso. ḡ nō pōt ꝓduci ꝯceptus spēi spālissime. nisi ꝓducat̄ ꝯceptus cōloꝝ. sed ecōuerso pōt ſꝫ eos. qñ obiectū iproportionabilit̄ distat. ḡ pri⁹ natura ꝓducit̄ ꝯceptus cōloꝝ. Si dicat̄ ꝙ ꝯceptus spēi spālissime pōt ꝓduci sine ꝯceptu cōloꝝ. Cōtra. q̄ro q̄ req̄runt̄ ad causandū ꝯceptū entis. videt̄ ꝙ intellectus agens ⁊ fantasma cuiuscūq̄ singularis vel spēs intelligibilis sufficiūt. q: ſm istos nihil agit in itellectuꝫ possibilē nisi intellect⁹ agēs. vel ipe intellect⁹ possibilis ⁊ spēs itelligibilis vel habit⁹ vel essentia rei pñtis. ſꝫ intellectus agēs ⁊ possibilis semꝑ se habēt vniformiter. ḡ si nō ꝓducat̄ ꝯceptus entis qñ ꝓducitur ꝯceptus spēi spālissime. opꝫ ꝙ hoc sit ꝓpt̄ defectū habit⁹. ⁊ hoc nō est verū. q̄a habit⁹ ſꝑ sequit̄ actū. vel ꝓpter defectū spēi. vel ꝓpter defectū essentie rei pñtis. Nō ꝓpter defectuꝫ spēi. q: nō ꝓpter defectū alicui⁹ spēi singular̄. q: nō pt dari cui⁹. nec plus vnius q̄ alteri⁹. et ita vel nullius vel cuiuslibet. Nec ꝓpter defectū spēi cuiuscūq̄ vlis. q: q̄ro a quo causaret̄ illa spēs illi⁹ vlis. ⁊ nō pōt dari nisi intellectus agēs ⁊ singulare vel spēs singularis vel natura cōis. q̄ oīa sunt pñtia ⁊ sufficiēter approximata q̄ncūq̄ generat̄ spēs rei singularis. Hoc cōfirmat̄. q: si pmo nō habetur ꝯceptus entis ⁊ postea habet̄. tūc erit tp̄s mediū iter ꝓductionē ꝯceptus spēi spālissime ⁊ ꝓductionē ꝯceptus entis. Et quero de illo tp̄e. aut facta aliq̄ mutatione. aut nulla. Si nulla nō est maior rō ꝙ ageret post illud tēpus mediū q̄ i illo tēpore medio. Si sit facta aliq̄ mutatio. nō pōt dari termin⁹ talis mutationis. q̄a nec species nec actus intelligēdi nec hitus. ꝑꝫ inductiue. nec ꝓducit̄ ꝯceptus entis ꝓpter defectū presentie rei realis. patet inductiue. Preterea qñ accipit̄ in minore ꝙ cōceptus ꝑfectissimus inquē possūt est cōceptus spēi spēalissime. hꝫ nō debet cōcedi ſm istos. q: illud idē ē intellectū qđ est sensatū. ſꝫ sensatū est singulare. ḡ singulare est intellectū. ⁊ ꝯceptus singular̄ est perfectior ꝯceptu spēi spēalissime. ḡ si maior eoꝝ sit vera singulare pmo intelliget̄. ⁊ pmo ꝯceptus eius ꝓducet̄. Cōfirmat̄ ista rō. q: singl̄are sub rōne singular̄ est sensatuꝫ a sensu. ḡ singulare sub rōne singular̄ est intellectū ab intellectu. ꝯña ꝑꝫ. q: in quodcūq̄ obiectū pōt sensus in illud idem sub eadē rōne pōt intellectus. maxime ſm istos. Añs ꝑꝫ. q: sensus nō est apphēsiuus vliū. ḡ tm̄ singulariū. Si dicat̄ singl̄are sub rōne sue singularitat̄ nō sentit̄. sed tm̄ sub rōne nature. Contra. ipe ponit ꝙ nō intelligitur pmo singulare. sed spēs spēalissima cuius singulare fortius mouet sensū. Tūc quero. aut idē sub rōne eadē reali est obiectū sensus ⁊ intellectus aut nō sub eadē rōne a parte rei. Si sic. nō debet dicere ꝙ spēs spēalissima pmo intelligit̄. cuius indiuiduū fortius mouet sensū. ſꝫ ꝙ illa spēs spēalissima pmo intelligit̄ q̄ primo mouet. ex quo idē sub eadē rōe a parte rei est obiectū vtriusq̄. ⁊ tā obiectū q̄ rō obiecti debet pcedere actū pmū tam potētie sensitiue q̄ intellectiue ſm eū. Si aūt idē sed nō sub eadē rōne est obiectū sensus pmū ⁊ pmū obiectū intellect⁹. Et certū est ꝙ in re añ oēm actū intellect⁹ nō est nisi natura vel dña indiuidual̄ ꝯhēs naturā ſm eos. ḡ si rōne nature sit pma rō obiectiua itellect⁹. oꝫ ꝙ dña ꝯhēs sit rō motiua ⁊ terminatiua ipius act⁹ sensitiui. Cōfirmat̄ q: ſm eū obiectū pmū intellect⁹ precedit actū pmū intellect⁹. ſꝫ ſm cuꝫ nihil est añ oēm actū intellect⁹ nisi qđ est realr̄ singulare. ergo pmū obiectū intellect⁹ est realr̄ singl̄are. ḡ nisi sub alia rōne apphēdat̄ ab intellectu. puta sub rōne nature. ⁊ sub alia apphēdat̄ a sensu. puta sub rōe nature indiuidualis. nō plus erit obiectū sensus ipm singulare q̄ obiectū intellectus. Si dicat̄ ꝙ natura est alr̄ motiua vel rō mouēdi sensuꝫ ⁊ intellectū. q: vt ē rō mouēdi sensū. necrio est sub singl̄aritate. vt autē rō mouēdi intellectū abstrahit̄ a singl̄aritate. lꝫ actualr̄ ꝯiūgit̄ singl̄aritati. Cōtra. q̄uis forte sensus ꝑticular̄ n̄ possit eē alicui⁹ obiecti. nisi qñ nā ꝯiūgit̄ dñe idiuduali ſꝫ istos. ⁊ hꝫ natr̄. tamē sensus interior q̄ hꝫ actū suū in absentia rei. ⁊ ꝑ ꝯseq̄ns eadē rōne re destructa nō est magis respectu nature ꝯiūcte differētie indiuiduali q̄ intellectus. ⁊ ita nō plus apprehenderetur

F
Cōtra scōas rōes

singulare a fantasia ꝙ ab itellectu qd est ꝯtra eos. Scōa etiã rō nō valet. q: scia nō est tm̄ ex incōplexis sed est respectu ꝯplexoꝝ. ꝛ aliqñ ꝯplexa sunt ignotiora ꝙtūcunq; termini sint noti vel etiã notiores. ergo ꝙtūcunq; termini metaphisicales essent pri⁹ noti ꝙ termi aliarū sciarum. nō oporteret cōplexa metaphisicalia esse notiora. ꝛ ita nō oporteret metaphisicā eē priorē ordine doctrine. Exēplū. isti sunt termi noti. corp⁹ celeste. astra. ꝛ hmōi. ꝛ paritas ꝛ imparitas. ꝛ tm̄ istud ꝯplexū. astra sunt paria nō pōt euidēter cognosci. nec etiã ei⁹ obiectū. et tm̄ multa alia ꝯplexa quoꝝ termi sunt posteri⁹ noti pñt euidēter cognosci. Et ita ꝙuis termi metaphisicales essent pri⁹ noti ꝙ aliȷ̄ termini aliarū sciarū pticularū. nō oporteret cōplexa ex illis termis esse notiora. Pretea. ſm phm .i. phi. ꝛ. vij. metha. ꝛ. i. posterioꝝ. scia de vlioribus est prior ordine doctrine. ꝛ tm̄ ſm istū termi cōlores nō sunt pri⁹ noti. g̊ nec sp̄ priorītas noticie incōplexe termioꝝ ſm istos arguit prioritatē scie ordine doctrīe. Pretea. metha. nō tm̄ est de cōpositis: ſ; etiã est de sbīs sepatis q̄ sūt posteri⁹ note ſm istos. g̊ ꝙtūcunq; metha. non esset vltia ordine doctrine ꝙtum ad illã ptē q̄ est de cōplexis cōpositis ex termis cōibus. tñ posset esse vltia ꝙtum ad illã ptē q̄ est de sbīs sepatis. Pretea scie pticulares nō soluz sunt de spēb⁹ spālissimis istoꝝ sensibiliū. q̄ sole ſm istos sunt pma cognita ab itellectu primitate originis. q: illa singularia efficaci⁹ mouēt sensuz. ſ; etiã sunt de multis aliȷ̄s. puta de substātiis. de ꝙtitatib⁹. ſm eos. ꝛ de respectibus ſm eos. ꝛ de multis aliȷ̄s q̄ non sunt pmo cognita ab itellectu. ſ; aliq̄ illoꝝ sic sbe nō pñt cognosci nisi in ꝯceptu cōi sibi ꝛ accidētib⁹. ꝛ p ꝯñs nō pñt cognosci nisi phabito cōceptu entis. ꝛ aliȷ̄s cōceptib⁹ cōissimis. g̊ si rō sua esset bona metha. esset prior ordine doctrie respectu taliū sciatuz pticulatiū. ꝙuis nō esset prior ordie doctrine respectu sciarū de spēb⁹ spālissimis istoruz sensibiliū. Pretea. si rō sit bona sequit ꝙ scia de spē spālissima sit pma ordine doctrine. cui⁹ tm̄ oppositū docēt auc. ꝛ expientia. Pretea. tertia rō nō valet. Tū q: eq̄ ꝯcluderet si cōceptus spēi spālissime pmo ꝓduceret ꝙ erit magnū tps āteq̄ deuenirer ad ꝯceptū entis: sicut si ens cōcipiat. pmo oporteret ponere magnū tps āteq̄ deuenirer ad ꝯceptū spēi spālissime q: q̄ rōne oporteret trāsire oia media descēdēdo a cōissimo vsq; ad spēz spālissimã. eadē rōne oporteret trāsire p oia media ascendēdo a spē spālissima vsq; ad ꝯceptū entis cōissimū Tū q: diceret aliȷ̄ ꝙ simul: saltē tpe ꝙuis nō natura ꝓducerent ꝯcept⁹ entis cōissimi ꝛ cōcept⁹ spēi specialissime. Cōtra scōm articulum. in

D
Contra scōm

quo ponit ꝙ ens necessario est pmū distincte cognitū primitate originis. ħ est simplr falsuz q: omē obiectū potest distincte cognosci. non cognito illo qd nō est de ratione eius eēntiali nec includit eēntialr in eo. sed ꝯceptus entis nec includit in specie spēalissima nec i aliquo iferiori reali. g̊ vnūquodq; illoꝝ pōt cognosci distincte sine cognitōe entis cōissimi. Maior pz. q: ad cognitōnē distinctã rei sufficit cognitio oim essentialiū ꝛ intrinsecoꝝ sibi. Minor pz ſm eū. q: cōceptus entis cōissimi nō est aliquod reale. g̊ tm̄ est in itellectu. ſ; illud qd tm̄ est in intellectu nō est de eēntia cuiuscunq; rei existentis extra aiam. Preterea qñcūq; sub aliq̄ cōi continent plura p se ꝯtēta. si vnū illorum potest distincte cognosci sine cognitōe superioris. ꝛ aliud ꝯtentū pōt distincte cognosci sine cognitōe eiusdē superioris. ſ; ens pdicat in q̄d d̄ deo ꝛ creatura. ꝛ deus pōt cognosci distincte sine cognitōe talis superioris. ergo et creatura. Maior pz. q: nō est maior ratio ꝙ ad cognitōnē distinctã vni⁹ inferioris requirat cognitio superioris ꝙ ad cognitionē alteri⁹ inferioris cū eque eēntialit ꝛ in q̄d pdicat de vtroq;. Minor pbat. q: simplr simplex in re. aut totalr cognoscit. aut totalr ignorat. ꝛ hoc est intelligēdum de noticia intuitiua. q̄ pcise ſm istos rez respicit extra aiam ꝛ nō ꝯceptū mētis. ergo si deus intuitiue cognoscit. necẽrio distincte cognoscit. ſ; noticia intuitiua nō est respectu alicuius cōceptus. g̊ erit ibi noticia intuitiua distincta sine cognitōe talis ꝯceptus. ꝛ per ꝯñs sine cognitōe superioris. cū nihil sit superius ad deū ſm eū nisi cōceptus ꝛ nihil reale. Pretea quicq̄d distincte pōt cognosci a sensu sine cognitiōe cuiuscūq; alterius. illud idē potest distincte cognosci ab intellectu sine cognitōne cuiuscūq; alteri⁹. ſ; aliqd sensibile pōt distincte cognosci sine cognitōe eius cōissimi. g̊ sine cognitōe tal' cōissimi pōt distincte cog̊sci ab intellectu. Cōtra aliud qd dicit ꝙ totus ordo ꝯfuse ꝯcipiēdi pcedit totū ordinē distincte cōcipiēdi. Hoc nō est verū. q: qd distincte cognoscit a sensu. illd idē pōt distincte cog̊sci ab itellectu. ꝛ maxie ab intellectu nō ipedito. q: non minori potētie ē itellect⁹ nō ipedit⁹ ad cognoscendū sua obiecta ꝙ sensus ad sua. g̊ distincta cognitio pōt hñ in pmo instāti. et tm̄ nō oporteret tūc ꝙ habeat tot⁹ ordo ꝯfuse cōcipiēdi. q̄a cōceptus multoꝝ generū nō potest haberi sine noticia pluriū singulariū diuersarum specierum. Contra tertiū articulū in quo ponit ꝙ noticia habituali et ꝟtuali sunt cōmuniora prius nota. Contra. vnūquodq; passiuum non

Cōtra alid

3
Cōtra [...]culum

impeditū sic agit sicut actiuū natū est agere. sed obiectū p se qđ est actiuū respectu intellectionis: prius natū est agere ad ↄceptū cōiorē ꝙ ad min⁹ cōem. ergo tali ordine fierent illi cōceptus in intellectu qñ ꝓducūtur in eo. Si dicat ꝙ quis obiectū natū sit pri⁹ agere ↄceptū cōiorē. nō tñ intellect⁹ agēs est natus pri⁹ facere ↄceptū cōiorem. ⁊ iō nō primo fit ↄceptus cōior. Cōtra. qñ due cause ꝑtiales reqsite cōcurrūt ad aliquē effectū ꝓducendū. neutra illarū tollit ab alia modū suū agēdi. ergo si obiectū natū sit agere ↄceptū cōiorem. hoc nō pōt tolli per actiuitatē intellectus agētis. ergo prius natura ꝓducet ↄceptus cōior. Preterea. istud dictū repugnat prime rōni sue ad primā ↄclusionem. qꝛ ibi dictū est ꝙ causa naturalis nō impedita primo agit ad effectū pfectissimū quē pōt sed qñ obiectū est sic p̄sens intellectui in rōne actualis intelligibilis. vt itellectus possit habere statim actū elicitū circa illud. tūc illud obiectū natū est agere in itellectu. ergo tūc primo aget ad ↄceptū pfectissimū. sed hoc est obiectuꝫ cognosci cognitiōe habituali sm eū. ergo noticia habituali ↄceptus pfectissimus primo habet. ⁊ ille est ↄceptus spēi spālissime sm euꝫ. ergo ⁊c̄. Preterea. p te. illud intelligit habitualiter qđ sic est p̄sens itellectui in rōne itelligibilis actu ꝙ intellect⁹ pōt habere statim actū elicitū circa illud. sed sm istos ista p̄ntia est p spēciē intelligibilē. ergo illud cui⁹ spēs itelligibilis primo imprimitur itellectui. illud primo sntelligit noticia habituali. sed spēs itelligibilis speciei spālissime primo imprimitur intellectui ergo ⁊c̄. Assumptū ptꝫ p eū qui vult ꝙ siue magis vlia intelligātur p eandē rōem p quā intelligit minus vle. siue p aliā. tñ illud qđ pt imprimere speciē min⁹ vlis pōt etiā causare spēm cuiuslibet vlioris. Tūc arguo p argumentū suū. ꝙ cā naturalis primo agit ad effectū pfectissimū i queꝫ pōt. ergo imprimēs spēm min⁹ vlis. pri⁹ natura imprimet speciē magis vlis. cū illa sit perfectior si sit alia. Uel si ñ sit alia. Adhuc arguo p rationē suā ꝙ sicut forme diuerse pfitientes idē pfectibile ordine quodā nate sunt imediatius ⁊ mediatius pficere illud. ita si eadeꝫ forma cōtineat in se ṽtualit pfectionē illarū formarū ordinatarū. simili ordine nature pficiet illud pfectibile. ergo si vna spēs cōtineat virtualit speciē magis vlis ⁊ speciē min⁹ vlis. cō simili ordine pficiet intellectū. quo ordine pficerēt ille spēs si essent distincte. sicut probatū est p eū. si iste species essent distincte. spēs minus vlis prius pficeret. ergo ⁊c̄. Per idē argumentū ptꝫ. ꝙ nō semp cōius intelligit pri⁹ ordine originis noticia virtuali. Preterea. ↄtra vtrūqꝫ arguo per rōeꝫ suā. sicut diuerse forme pficiētes ⁊c. que ē maior. ⁊ accipio istā minoreꝫ ꝙ si ista intelligant de distinctis noticiis. noticia minus cōis est prior via ḡnatōis. ergo si cōi⁹ et minus cōmue intelligant vna noticia habituali ⁊ ṽtuali. illa vnica noticia cōsimili ordine pficiet intellectū. ergo prius pficiet vt est noticia minus cōis ꝙ vt magis cōis. Preterea i minore rōnis sue accipit falsum sm euꝫ. quia accipit ꝙ ↄceptus plures cōmuniores ⁊ min⁹ cōes habituales vel ṽtuales nati sunt pficere intellectū via ḡnationis. ita ꝙ impfectior sep prius. qꝛ p idem potest ꝓbari oppositū istius. p quod ꝓbat ꝙ ↄceptus minus cōis actual' presupponit ↄceptui magis cōi actuali. Nec opꝫ ꝙ in isto ordine intellectus plus ꝓcedat a potētia ad actū. ꝙ in ordine cognitōis actualis. sed si sint tales duo ordines. ꝓcessus erūt consimiles. Alia est opinio ꝙ de intelligibilib⁹ ab intellectu semp cōius prius cognoscit. et p ↄñs cōmunissimū erit primo cognitū. Probatur p phm primo phi. ꝙ vlia sunt magis nota nobis. Et ꝓbat p hoc ꝙ pueri appellant oēs viros patres ⁊ oēs femias matres. ergo prius cognoscūt sub rōne magis vlis ꝙ particulari. Dicit ergo ꝙ intellectus noster ꝓcedit de potentia ad actū. sꝫ oē tale prius puenit ad actū incompletū ꝙ ad completū. qui est medi⁹ iter potentiā ⁊ actū pfectū. Actus aūt perfect⁹ intellectus est scia cōpleta p quā cōplete ⁊ distincte res cognoscit. Actus aūt incōpletus ē scientia impfecta p quā sciunt res indistīcte sub quadā cōfusione. Unde dicit phs primo poste. ꝙ sunt manifesta ⁊ certa cōfusa magis. posterius aūt cognoscim⁹ distinguēdo distincte principia ⁊ elemēta. sed cogscere aliqđ in quo plā continent sine hoc ꝙ habeat ꝓpriaꝫ noticiam vniuscuiusqꝫ eoꝝ q̄ cōtinēt in illo: ē cognoscere illud idē sub cōfusione quadā. ergo prius occurrit magis vle. Et qꝛ sensus exit de potentia in actum. idem ordo cognitionis est in sensu. Nā primo per sensum dijudicamus magis cōmune et sm locū ⁊ sm tempus. sm locū sicut quādo aliqđ videt a remotis. ⁊ sm tempus sicut pueri primo distinguūt hoiem a nō hoie ꝙ istuꝫ hominē ab illo. i. phi. Ratio huius est. qꝛ qui scit aliquid indistincte: adhuc est in potētia vt sciat distinctionis principiuꝫ. ergo qui scit genus est in potentia vt sciat differentiā. Et sic pꝫ ꝙ cognitio indistincta est media inter potentiā et actū. ergo cognitio singulariū est prior quo ad nos ꝙ vniuersaliū. sicut cognitio sensitiua ꝙ intellectiua. ergo tam sm sensum ꝙ intellectum cognitio magis cōmunis est prior ꝙ minus cōmunis. Sed ista opinio non est vera

R Opinio scd̄a
Ratio opi.
Z Cōtra opi. scd̄aꝫ

Primo quia si semper vniuersalius esset ꝓus
notū minus vli. ꝗ nō posset haberi notitia mi
nus vlis nisi ꝓuia notitia oim vniuersaliū ꝑ se
superioꝝ. ꝯn̄s est falsum. ꝗ an̄s. ꝯn̄a pꝫ. quia si
posset cognosci minus vle aliquo magis vli nō
cognito ꝗ illud magis vle nō esset ꝓus notuꝫ.
Falsitas ꝯn̄tis pꝫ. qꝛ multa sunt gn̄a que sūt
nobis ignota. ⁊ saltē laycis ꝗ paruā vel nullā
habēt de eis cognitionē. ⁊ tn̄ multe spēs spe-
cialissime ꝑ se contēte sub eis nō sūt eis igno-
te. saltē cognitione cōfusa. Pretea ſm istos
vlia nō sunt aliqua distincta a parte rei ab ip-
sis singularibus. ergo nihil vnū reale pōt co-
gnosci ab intellectu, nisi singulare vel multa
singularia cognoscant. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō vle. Con
firmat. qꝛ accipio primū actū intellect⁹. ⁊ q̄ro
an obiectū terminans actū intelligēdi sit res
extra aīam. an ens rōnis. an aliquid aggrega-
tum ex vtroqꝫ. Scd̄m et tertiū nō possūt dari.
qꝛ primū obiectū ꝓmi actus intelligēdi prece
dit actuꝫ potētie. Silr actus ꝓmus intelligē
di maxime refert relatōe reali ad obiectum. si
aliq̄s refert realr. Silr actus intelligēdi ꝓm⁹
depēdet a suo obiecto ꝓmo. nullū illoꝝ ꝯpetit
enti rōnis. nec aggregato ex ente reali et ente
rōnis. cum illa sint posteriora ꝓmo actu intel-
ligēdi. Si detur primū. aut intelligit vna res
vera vl plures. ⁊ siue sic siue sic. cū ſm istos ni
hil sit in re nisi singlare. vel aliqd̄ vnū singula
re ꝓmo intelliget vel multa. Preterea ratio
sua nihil valet. qꝛ qn̄ accipit ꝙ intellectus nr̄
ꝓcedit de potētia ad actū aut intelligit sicut
debet intelligi ꝙ intellectus nr̄ ꝓus intelligit
potētia anteꝙ̄ intelligat actu. et hoc nihil est
ad ꝓpositū. qꝛ si verum est ꝙ ꝓcedit de poten
tia ad actū. ⁊ cū hoc stat ꝙ prim⁹ actus sit per
fectior respectu singularis. qꝛ si ꝓmo itelligat
singulare vel min⁹ cōe. adhuc ꝓus fuit in potē
tia ad intelligendū illud anteꝙ̄ actu illud in-
tellexit. Aut itelligit metaphorice ⁊ īproprie.
ꝙ prio ꝓcedit de potētia. hoc est de imꝑfectio
ri notitia ad ꝑfectiorē. ⁊ hoc deberet ꝓbare. ⁊
ita facit fallaciā petitionis ꝓncipij. Silr vni-
uersalit loquēdo. hoc est flm. qꝛ aliqn̄ prior co-
gnitio est ꝑfectior. patet qn̄ ꝓcedit a notitia ꝑ
missarū ad notitiā ꝯclusionis. patet ꝙ illa no-
titia ꝓor est ꝑfectior. Silr aliqn̄ ꝓcedit a noti
tia cause ad notitiā effectus. ⁊ tūc ꝓor notitia
est ꝑfectior secūda. Pretea. qd̄ dicit in mīore
ꝙ oē qd̄ ꝓcedit de potētia ad actū prius pue-
nit ad actū incōpletuꝫ. qui est medius int po-
tentiā ⁊ actū ꝙ̄ ad actū ꝑfectū. Si intelligat
vlr. ista est simplicit falsa. qa qn̄ aliqd̄ ꝓcedit
ab aliquo ad actū ꝯpletū: ꝓcedit de potentia
ad actū. tūc ꝙ̄uis nō ꝓmo ꝑueniat ad actū me

diū. tn̄ tūc vere ꝓcedit de potētia ad actū. Si
milit qn̄ volūtas de nō diligēte fit diligēs. ꝓ-
cedit de potētia ad actū. ⁊ tn̄ nō oportet ꝙ an̄
illū habeat aliquē aliū actū ꝯpletuꝫ. Silr qn̄
aer illuminat a sole. est ꝓcessus de potētia ad
actū. ⁊ tn̄ nullus actus incōpletus ꝑsupponi-
tur haberi. ⁊ ita propositio habet infinitas in
stantias. Si aūt intelligat ꝙ qn̄ aliqd̄ recipit
multa. ꝙ prius recipit actū imꝑfectiorē ꝙ̄ ꝑfe
ctiorē. hec ꝓpositio adhuc est falsa. sicut osten
sum est ꝓus. Similit volūtas frequēter ex di-
lectiōe dei habet dilectionē proximi. ⁊ tn̄ dile
ctio ꝓximi non est ꝑfectior. Silr potētia reci-
pit ꝓus actū ꝙ̄ habitū. ⁊ tn̄ actus est ꝑfectior.
Similit si esset vera oporteret ꝙ intelligeret
de actibus ordinatis. nūc aūt nō ꝓbat ꝙ itel-
lectus intelligit vlia ordine quodā essentiali.
nisi forte accidētaliter. imo aliqn̄ vnū pri⁹ itel
ligit aliqn̄ posterius. etiā naturalit. Pretea.
ꝙ dicit ꝙ actus ꝯpletus est scia ꝑfctā ⁊c. hoc
est cōtra phm. i. posterioꝝ. q̄ dicit ꝙ demōstra
tio vlis est potior ꝑticulari. ergo notitia q̄ sci-
tur ꝙ ois triāgulus habet tres ⁊c. est ꝑfectior
ꝙ̄ notitia qua scitur ꝙ omnis ysocheles hꝫ tres
⁊ tn̄ ꝓma est de vniuersaliori. scd̄a de min⁹ vli.
Et qn̄ dicit. ꝙ illud qd̄ sic cognoscit hꝫ qd̄. co-
gnoscit in actu ⁊ quodāmō in potētia. Veruꝫ
est ꝙ ipa cōclusio ꝑticularis sic cognoscit ſm
qd̄ ⁊ quodāmodo in potētia. sed ex hoc nō seq̄
tur ꝙ illa scia sit imꝑfecta. sed sequit ꝙ cōclu-
sio ꝑticularis imꝑfecte scitur tali notitia. imo
de virtute ſmonis deberet cōcedi ꝙ nō scitur
tali notitia. qꝛ tn̄ ipa ꝯclusio vlis ꝑferē ⁊ actu
simplicit scit tali scia. iō illa scia est perfecta.
Pretea. ꝙ dicit ꝙ cognoscere aliquid i quo
plura ꝯueniūt ⁊c. Veruꝫ est ꝙ illa ꝑticularia
confuse cognoscunt vel non cognoscunt ipm
tamen vniuersale distincte cognoscitur. Si-
militer verum est de intrīsecis nō extrīsecis,
patet de causa et effectibus contentis. Pre-
terea dicit ꝙ idem ordo cognitionis apparet
in sensu. Contra. sensus non est cognitiuus
nisi singularis. ergo non cognoscit magis cō-
mune ⁊ minus. immo nullum cōmune cogno-
scit. Preterea ꝙ̄uis vniuersale possit aliquo
modo poni (licet falso) precedere actum in-
tellectus possibilis virtute intellectus agen-
tis. tamen non potest precedere sensationem.
ergo cū nihil est ante actū sentiendi nisi parti
culare ⁊ singulare ſm eos. ergo non sentit ma
gis cōmune et minus cōmune. Preterea aut
sentit magis cōmune et minus cōmune vna
sensatione. aut pluribus. Non vna. quia tu
ponis ꝙ ideo prius sentit magis commune:
quia prius dijudicamus ꝙ aliqd̄ visuꝫ e remo

cis sit aial ꝙ homo. sed hoc est possibile ꝙ pri⁹ ꝑcepe sit. ꝗ ſm ipm tūc prius ꝑcipe sentit magis cōe ꝙ̄ minus cōmune. ⁊ per ꝯñs nō eadē sentiatōe ꝭ duabus. hoc videt̄ falsū. q: tu ponis ꝙ potentia nō pōt simul in duos actus sentiendi.

negas. Preterea falsū est qḋ accipit ꝙ omnis spēs constituit̄ ex genere ⁊ dr̄a. Primo. qꝛ simplicia nō hñt dr̄as eēntiales sicut angeli ⁊ accidētia. Probo qꝛ si haberēt dr̄as ⁊ certū ē ꝙ hñt genus ḡ possent ꝓpe diffiniri. ꝯn̄s ē falsū. et cōtra Ari. vij. meth. qui ponit ꝙ accidentia nō possunt diffin ri nisi ꝑ additamētū. Preterea aut genus ⁊ dr̄a accipit̄ a reb⁹ distinct̄. et hoc improbaeū est. aut nō. sed distinguitur sola rōne. sed h̄ ꝑ te potest cōpetere deo. ḡ de⁹ pōt esse in gñe nisi aliud obstet. Preterea exēplum suū est ad oppositū. qꝛ natura sensitiua nō est in potētia ad naturā intellectiuā. qꝛ qñ aliq̇d est in potētia ad aliud ꝭm istū distinguit̄ ab illo real̄r. sed ꝭm istū natura sensitiua nō distinguit̄ real̄r a natura intellectiua quia tunc in hoīe essent plures forme substātiales. quod ipi negāt. Preterea si sensitiuū sit i potentia ad intellectiuū aut est in potētia passiua aut actiua. aut tm̄ logica. si passiua vel actiua. ḡ distinguit̄ real̄r. qꝛ nihil patit̄ a se. nec recipit se. nec agit se. ḡ semꝑ tam potētia actiua ꝙ passiua distinguit̄ real̄r ab actu. Si autē sit potētia logica. isto mō pōt cōcedi ꝙ deus ē in potētia ad seipm̄. ⁊ ꝙ in deo est potētia ⁊ act⁹ sed h̄ nihil est ad ꝓpositū. ḡ loquēdo sicut iste loquit̄ de potētia ⁊ actu. potētia ⁊ actus distinguunt̄ re[aliter] ꝑ ꝯn̄a intellectiuū ⁊ sensitiuum nō se hñt [sicut] potētia ⁊ actus. cū nō distiguātur ꝭm eū alibi. ⁊ ita idē cōcedit ⁊ negat. Preterea vbi ꝑus dicit ꝙ gen⁹ ⁊ dr̄a in rebus materialibus accipit̄ ab a io ⁊ alio. ḡ accipitur a real̄r diuersis. sed ꝑ ipm̄ intellectiuū ⁊ sensitiuum nō sūt diuersa real̄r. ḡ ab eis nō accipitur genus ⁊ dr̄a. puta aīal ⁊ rōnale. cui⁹ oppositū dicit h̄. ⁊ ita dicit ꝯdictoria.

E Scd̄a rō impro.

Preterea scd̄a rō sua nō valet. qꝛ si ꝓpter hoc eēt eius genus dei si deus eēt in gñe. qꝛ eēntia diuina est eē eius. ḡ eodē modo eū eēntia angeli sit sua entitas. si angelus sit in genere. ḡ ens erit gen⁹ angeli. Preterea h̄ esse (demōstrando eē creatū) est esse. ⁊ est in gñe ꝑ reductōnē. ḡ ens erit genus si argumentū suū valeat. qꝛ nō plus ꝯtingit ꝓbare ꝙ ens est genus ꝑ h̄ ꝙ vnū esse ē in gñe ꝑ se. ꝙ̄ ꝑ hoc ꝙ vnū aliud esse eēt in gñe ꝑ reductionē. sicut nō plus ꝯt ngit ꝓbare. ꝙ substantia est genus ꝑ hoc ꝙ h̄ substātia (demōstrando sortē) ē i gñe ꝑ se. ꝙ̄ ꝑ h̄ ꝙ h̄ (demōstrando formā substantialē) est in gñe ꝑ reductōnē.

F Tertia rō impro.

Tertia rō nō valet. qꝛ illa q̄ sunt ꝑ se in gñe non plus cōueniūt in essentia ꝙ̄ in esse. qꝛ sicut duo āgeli differūt ꝭm sua eē. ita differūt ꝭm suas q̇dditates q̇alia est q̇dditas ⁊ eēntia vni⁹ angeli ⁊ alterius. Si dicat̄ ꝙ differūt ꝭm suas quidditates specificas. ꝯueniūt tm̄ in q̇dditate generis. Contra. sicut cōueniūt in q̇dditate generis ita conueniūt in esse ꝯn̄te illaꝫ q̇dditatē ⁊ eēntiam. ⁊ sicut differūt ꝭm suas q̇dditates specificas. ita differūt ꝭm sua esse specifica. ḡ ꝓportionabil̄r ꝭm istos ꝯueniūt ⁊ dr̄nt in essentia ⁊ q̇dditate ⁊ ꝭm esse. Cōfirmat̄ qꝛ ꝭm btm̄ augustinū vt magr̄ in l̄ra allegat eū. sicut a sapiētia d̄r sape. ita ab eēntia d̄r esse. ⁊ ita distincta essentia hꝫ distinctū esse. ⁊ distincto eē correspōdet distincta eēntia. Preterea rō ꝑ quaꝫ ꝓbat ꝙ deus nō est in gñe ꝑ reductionē nihil valet. qꝛ illud qḋ est in gñe ꝑ reductionē nō se extendit vltra illud genus tanꝙ̄ ꝑncipium alterius intrinsecū. quod eū sit ꝑncipiū extrinsecū effectiuū alioꝝ. nō est incōueniēs. sicut forma substantialis q̄ est in gñe substātie ꝑ reductionē. qꝛ est ꝑncipiū illius intrinsecū qḋ est in genere substātie. ⁊ est ꝑncipiū extrinsecū accidentiū. Nūc aūt deus si poneret̄ in gñe substātie ꝑ reductionē. nō poneret̄ ꝑncipiū intrinsecū entis entis. sed poneret̄ ꝑncipiū extrinsecū effectiuum tm̄ ipoꝝ accidentiū.

F Rō vltima repro.

Vltima rō non valet. qꝛ nō est incōueniens al'iq̇d eē ꝑncipiuꝫ ꝑus deū ꝑoritate ꝯn̄e. qꝛ scilꝫ est cōis deo. et isto mō ꝑcise deus est ꝑus illis q̄ sunt in gñe. n̄ ꝭm rem nec ꝭm ꝑfectionē.

G Opinio scda

Alij tenēdo eādeꝫ cōclusionē dicūt ꝙ tū simplicitate dei stat ꝙ aliq̇s sit ꝯceptus cōis deo ⁊ creature. nō tamē ꝯceptus aliq̇s cōis vt generis.

Probat̄ scd̄a ps Primo

Scd̄a ps ꝓbat̄ ꝑ augustinū. vij. de tri. c. vij. Manifestū mq̄t deū abusiue dici substantiā. Nō sua est ibi. q̄a substātia d̄r q̄ substat accn̄tibus. absurdū ē ꝯo ꝙ deus alicui accn̄ti subster. Hec rō sic tenet. nō intēdit ꝙ rō substātie sit substare accn̄tib⁹ vt substātia gen⁹ est. s ꝙ ois substātia q̄ est in gñe pōt substare accn̄tibus.

Scdo

Sic̄r auicenna viij. meth. c. iiij. deus nō est in gñe. qꝛ gen⁹ ē ꝑs deus aūt simplex nō hñs partē. Probatur ḡ ꝓpositū duobus medijs ⁊ declarant̄ ex his ꝓpria deo. Primo ex rōne infinitatis. Scd̄o ex rōne necesse esse.

Primuꝫ ꝑhatur primo

Ex ꝑmo arguit̄. d̄r ꝑmo sic cōceptus habēs indifferētiā ad aliq̄ ad q̄ nō potest ꝯceptus generis esse indifferēs. non pōt eē ꝯceptus generis. sed quicq̇d d̄r cōiter de deo et creatura. est indiffer ēs ad finitū ⁊ infinitū et nullū gen⁹ pōt esse indifferēs ad finitū ⁊ infinitū ḡ ⁊c. Prima pars minoris est māifesta. Scd̄a pars pꝫ. qꝛ gen⁹ sumit̄ ab aliq̄ realitate q̄ ꝭm se est potētialis ad realitateꝫ a q̄ accipit̄ differētia. nullū aūt infinitū est potentiale ad aliq̇d. ḡ. Assumptū pꝫ ꝑ Aristo. viij. meth. opꝫ terminū. i. diffinitionē eē orōnē longā. eo ꝙ significat aliq̇d de aliquo qḋ oꝫ eē materiaꝫ vel formā. Patet etiā ꝑ rōnem. qꝛ si ista realitas a qua accipit̄ genus esset vere tota q̇dditas rei

solum genus complete diffiniret rē etiaȝ sine differētia. qꝛ rō ex eis nō indicaret p̄mo idem diffinito. vnaq̄ꝙ ēm res est solū ipa. ⁊ ideo illa tū que bis exp̄meret eā. nō indicaret p̄mo idē q̄dditati illius rei. Hāc rōem intelligūt sic. ꝙ ī aliq̄bus creaturis gen⁹ ⁊ dr̄a accipit̄ ab alia et alia re. sicut ponēdo plures formas in hoīe aīal accipit̄ a sensitiua. ⁊ rōnale ab intellectiua. ⁊ tūc ista res a q̄ accipit̄ genus vere est potētionalis ⁊ pfectibilis ab illa re a qua accipitur dr̄a. Alibi aūt qn̄ nō sunt ibi res ⁊ res sicut in accidētibus. saltē in vna re est aliq̄ pp̄a realitas a qua sumit̄ gen⁹ ⁊ alia realitas a q̄ sumitur dr̄a. Dicat̄ p̄ma a. et scd̄a b. a est potētiale ad b. ita ꝙ p̄cise intelligēdo a. et p̄cise intelligendo b. a vt intelligit̄ in p̄mo instāti nature in quo p̄cise est. ipm̄ est pfectibile p b. sic̄ si eēt res alia. sed ꝙ nō pfcit̄ realr̄ p b. h̄ est pp̄t idētitatē a ⁊ b ad aliquod totū. cui realr̄ p̄mo sūt eadē. qd̄ q̄dem p̄mo pducit̄. et in ipo toto ābe ille realitates pducunt̄. si tm̄ altera illarū sine altera pduceret̄: vere eēt potētionalis ad eaȝ. vel vna eēt pfecta sine alia. Ista ꝯpositio realr̄ potētionalis ⁊ acc̄ntalis minima est. q̄ suffic̄ ad rōem generis ⁊ dr̄e. ⁊ nō stat ista cū hoc ꝙ quelibȝ realitas in aliquo sit infinita. realitas ēm vna si eēt de se infinita. q̄ntūcūꝙ p̄cise sumpta, nō eēt in potētia ad aliā realitatē. ergo tūȝ in deo q̄libet realitas eēntialis sit formalr̄ infinita. nulla est a q̄ possit accipi formalr̄ rō generis.

Scd̄o ex eodē medio arguit̄ sic. concept⁹ speciei nō est tm̄ cōceptus realitat̄ et modi intrinseci eiusdē realitatis. qꝛ tūc albedo posset esse genus ⁊ g̃dus intrinseci albedinis possēt esse dr̄e specifice. illa aūt p que cōe aliq̄d cōtrahit̄ ad deū ⁊ creaturā sunt. finitū ⁊ infinitū que dicūt gradus intrinsecos ipoꝝ. g̃ ista ꝯtētia nō p̄nt eē dr̄e. nec cū ꝯtracto ꝯstituūt ꝯceptū ita ꝯpositū. sicut oȝ cōceptū spēi esse ꝯpositū. imo ꝯceptus ex tali ꝯcto ⁊ ꝯtēnte est simplicior q̄ possit esse ꝯceptus spēi. Ex istis mediis de infinitate hȝ euidētiā rō aug. sup̄ tacta d̄ subst̄ā nā substāte accn̄tibus. hȝ etiā euidentiā rat̄ō Auicēne supra tacta d̄ pt̄ialitate generis. q̄a nunq̄ est genus sine aliqua partiali realitate in specie que nō potest eē in vere simplici.

Secundo arguit̄ ex ratōne necesse esse ⁊ est argumentū Auicēne. viij. metȟ. c. iiij. si necesse esse habet genus. ergo in rōne generis vel erit ex se necesse esse vel nō. Si p̄mo modo. tunc non cessabit quousꝙ sit ibi differētia. Hoc intelligitur sic. genus includet tūc dr̄am. qꝛ sine ipo nō est in actu vltimo. Si aūt genus includit totam differentiā tūc nō est genus. Si detur scd̄m membrū. sequit̄ ꝙ necesse esse ē ꝯstitutū ex eo qd̄ nō est necesse esse.

Cōtra istā opinionē. p̄mo quod dicit. in oī specie sunt due realitates. a quarū vna accipit̄ gen⁹. ⁊ ab alia dr̄a Hoc est simpliciter falsū. qꝛ aliqd̄ indiuiduū est simplex simplicit̄. g̃ nō includit tales duas realitates. Cōfirmat̄. qꝛ sicut pbatū est p̄us in creaturis nulla est distictio a pte rei nisi sit distinctio rerū. sed s̄m istos multa sunt indiuidua que non includūt distinctas res. g̃ multo fortius nec species includit diuersas res. et pꝯsequēs nec īcludit tales diuersas realitates.

Preterea. sicut species se habet ad indiuidua s̄m istos. ita genus ad spēs. sed indiuiduuȝ nō includit tales realitates duas. g̃ ⁊c̄. Minor pbatur. qꝛ quero de illis realitatib⁹ ppriis diuersoꝝ indiuiduoꝝ. aut sunt eiusdeȝ rōnis aut nō. Nō pōt dici ꝙ sic. qꝛ tunc ab eis posset abstrahi aliquis cōceptus cōis vniuocus. qd̄ negant isti. Si sunt alterius rōnis. g̃ indiuidua nō sunt eiusdeȝ rōnis sed alterius rōnis. ⁊ ita nō erūt indiuidua eiusdē speciei. Si dicat̄ ꝙ q̄uis iste dr̄e sint alterius rōnis: nō tm̄ indiuidua cōstituta essent alterius rōnis. qꝛ cōstituta minus dn̄t q̄ constituētia. Cōtra. qn̄ aliqua tota nata sunt denomiari a nominibus ptium. illa que conueniūt ptibus conueniūt totis. sed nūc est ita ꝙ indiuidua distinguūtur p dr̄as indiuiduales. ergo ille denomiationes q̄ conueniūt ipis differentiis indiuiduali bus: cōueniēt ipis indiuiduis. g̃ sicut ipe dr̄e sunt alterius rōnis. ita ipa indiuidua erūt alteri⁹ rōnis.

Preterea. qua rōne dicit̄ nō obstāte ꝙ dr̄e indiuiduoꝝ sunt alterius rōnis. tm̄ ipa indiuidua nō sunt alterius rōnis: eadē rōne ⁊ facilitate dicet̄. ꝙ q̄uis dr̄e specifice sint alteri⁹ rōnis: nō tm̄ ipe species cōstitute erunt alteri⁹ rōnis. cū sicut natura specifica nō distinguit̄ nisi per dr̄as indiuiduales. ita ipa natura generis nō distinguit̄ nec diuiditur nisi per dr̄as specificas s̄m eos. Si dicat̄ ꝙ non est simile q̄a illa dr̄a indiuidual̄ nō est q̄dditatiua. sicut dr̄a specifica est. Cōtra. hoc nō est nisi vocabulis vti ad placitū. cū ita sit de essentia indiuidui dr̄a indiuidualis. sicut de natura speciei est differētia specifica, nec magis sit intrinseca ipi spēi dr̄a specifica. q̄ differētia indiuidualis ipi indiuiduo.

Preterea. dicit ꝙ illa natura specifica est potētionalis ⁊ pfectibilis ab illo actuali. hoc nō est verū. quia nulla res est in potētia ad seipam. ergo si a ⁊ b non distinguātur realit̄. a nō est in potentia ad b. nec econuerso. Si dicat̄ ꝙ sufficit distictio formalis. h̄ nō sufficit. qꝛ eadē rōne dicā ꝙ essentia diuina est ī potētia ⁊ pfectibilis p relationē. vel ecōuerso pp̄ter distinctionē formalē int̄ eēntiā ⁊ re

Scd̄o

m

Cōtra scd̄aȝ opi.

lationē. Confirmat̄. q2 qn̄ aliqua sunt realr̄ vnū. vnū nō est imꝑfectius alio. quia idem nō potest esse ꝑfectius seipso. ḡ cū in ꝓposito potē tionale ⁊ actuale sint vnū realr̄. ex hoc ꝙ vnū est potētionale respectu alterius. nō potest ar gui ꝙ potētōnale sit imꝑfectius actuali. ergo si illud actuale esset infinitū ex hoc ꝙ aliud esset potētionale. nō posset argui minor ꝑfectio in potētionali. nec ꝑ ꝯñs aliqua imꝑfectio. ergo sine omni imꝑfectōe ꝓpter essentiā infinitam possꝫ stare in deo aliq̄d potētionale respectu alterius. dūmodo vnū distinguit̄ formalr̄ ab alio. ergo cū infinitate diuine eēntie stat potē tionalitas alicuꝰ in deo sine omni imꝑfectōe sed vbi est potētia ⁊ actus ibi est aliqua ꝯpo sitō. ergo cū infinitate diuine eēntie sine oī imꝑ fectōe stat ꝯpositio qđ ē absurdū. Preterea auctās ph̄i est ad oppositū. q2 sicut patet ex ꝓ cessu ph̄i. oꝫ diffinitionē esse orōnem longam. ita ꝙ vna pars significet materiā ⁊ aliā formā qualiter tn̄ hoc sit intelligendū post patebit.

Preterea scđa rō nō ꝯcludit. Primo q2 ꝑ illā rōem. cū indiuidua nō distinguant̄ tantū per gradus intrinsecos. sed ꝑ differētias simplici ter alterius ⁊ alterius rōnis. ⁊ tanta sit ꝯpo sitio in indiuiduo. q̄nta requirit̄ ad compositū spēi. sequeret̄ ꝙ ille differētie eēnt specifice. ⁊ oīa indiuidua distinguerent̄ specie. Si dica tur ꝙ ille drē nō sint q̄dditatiue. ⁊ ideo nō ꝯ stituūt spēs quātūcūq3 sint alterius rōnis. Cō tra hoc frequēter est argutū. q2 eađ facilitate dicet̄ ꝙ drē hoīs ⁊ asini nō sunt q̄dditatiue. ⁊ ideo homo ⁊ asinus nō sunt alterius rationis

Preterea arguit̄ sic. ꝯceptus spēi nō est tātū ꝯceptus realitatis ⁊ modi intrinseci. q2 tunc albedo posset eē genus ⁊ ḡdus intrinseci albe dinis possunt eē drē specifice. Eodē modo ar guo ego sic. ꝯceptus spēi nō est tm̄ ꝯceptus realitatis ⁊ drē ꝯtentis ⁊ ꝯponētis cū illa re alitate. q2 tūc albedo posset esse genus. ⁊ diffe rētie ꝯtentes ⁊ ꝯponētes cū ea possent eē dif ferētie specifice. ḡ sicut dicis ꝓpter h̄ ꝙ modi intrinseci nō constituūt ꝯceptū ita ꝯpositū sicut est ꝯceptus spēi. ita habes dicere ꝙ diffe rentie que distinguunt̄ formalr̄ ab illa realita te nō constituūt conceptū ita ꝯpositū sicut ē ꝯceptꝰ spēi. ḡ ad ꝯstitutionē spēi requirit̄ drā realis inter drāꝫ ⁊ realitatē a qua sumit̄ genꝰ quod tn̄ ipe negat. Preterea quero đ alijs mo dis intrinsecis. aut aliquo mō distinguunt̄ vl̄ nō sunt oībus modis idē ex natura rei cū illis quoꝝ sunt modi. aut nō. Si aliquo mō distin guunt̄. vel nō sūt ideꝫ oībus modis. ergo erit ita aliquid reale vniuocū deo ⁊ creature. sicut creaturis inter se. qđ tn̄ ipi negāt. ꝯña patꝫ. q2

vbicūq3 est aliq̄d reale contractū ꝑ aliq̄ realia qualitercūq3 illa ꝯtentia distinguant̄ a ꝯcto. ibi ē aliq̄d reale vniuocū hoc ptꝫ. q2 nō potest alia rō assignari quare est aliq̄d reale vniuocū quibuscūq3 creaturis. q2 oīe reale vniuocum vel est vnū ⁊ idem nō variatū nec multiplica tuꝫ in vniuocatis. ⁊ tale nullū est etiā ꝫꝫ istos Uel ð2 reale vniuocū. q2 est ꝯctū ꝑ aliq̄ realia. et multiplicatū ⁊ variatū ꝑ ea. ⁊ tūc qua rōne vnū tale est reale ⁊ reliquū. ḡ si cōe deo ⁊ crea turis sit ꝯctum ꝑ quoscūq3 modos reales. illđ cōe erit aliq̄d reale. sicut aliud cōmune reale.

Confirmat̄. q2 q̄ñtumcūq3 sit minor distinctio inter naturā specificā et drās indiuiduales q̄ inter naturā generis ⁊ differētias specificas. tn̄ tanta vniuocatio est spēi ad sua indiuidua. quāta est generis ad suas spēs. immo eoipso ē maior vniuocatio ⁊ magis realis ad iduidua q̄ ad spēs. ḡ si cōmune vniuocū deo ⁊ creaturꝭ sit realr̄ ꝯctum ꝑ modos intrinsecos reales. q̄ minus distinguant̄ a cōtracto q̄ drē specifice distinguunt̄ a natura generꝭ. sequit̄ ꝙ eque vl̄ magis erit aliq̄d reale vniuocū deo ⁊ creaturꝭ. q̄ diuersis spēbus eiusdē generis. Preterea ꝫm eū. albedo est aliq̄d reale vniuocū diuersis albedinibꝰ. nō obstāte ꝙ ꝯhat̄ ꝑ diuersos mo dos intrinsecos. ḡ eadē rōne si aliq̄d cōe deo ⁊ creaturis ꝯhat̄ ꝑ diuersos modos intrinsecos reales deo et creature. erit aliquid vniuocum reale. Preterea quero de illo ꝯcto ꝑ illū modū intrinsecū. aut est aliq̄d reale. aut tm̄ ēs rōnis. Non pōt dici ꝙ sit ens rōnis. q2 nullū ens rō nis ꝯhit̄ ꝑ ens reale. ḡ opꝫ ꝙ sit ens reale. tunc arguo. Nullū ꝯctū est de se illud ad qđ ꝯhitur q2 oīe tale est cōe. ḡ tale ꝯctū ꝑ modū intrin secum diuine eēntie est cōe ⁊ est reale. ḡ aliq̄d reale est cōe vniuocū deo ⁊ creature. Si autē dicat̄ ꝙ ille modus intrinsecꝰ nullo mō distin guat̄ ex natura rei ab illo cuꝰ est modus. ergo infinitas nō plus ē modus diuine eēntie q̄ ecō uerso. ⁊ ꝑ ꝯñs nō plus modus est ꝯhēs q̄ diui na eēntia. ⁊ ita nō erit ibi ꝯhens ⁊ ꝯctū. cuius oppositū ipe dicit. Preterea rō nō concludit. q2 supponit vnū falsum. scꝫ ꝙ in tērio generꝭ ē aliq̄d intrinsecū spēi. ꝯstitutiuū ipius. cuꝰ op positū ꝓbatū est ꝑus. Ideo dico ad q̄stionē Primo ꝙ simplicitas ꝑ carentiā cuiuscūq3 ꝯpo sitionis intrinsece. nō impedit aliq̄d eē in gñe q2 āgelus est simplr̄ simplex ꝑ carētiā cuiuscū q3 ꝯpositiōis intrinsece. ⁊ tn̄ angelꝰ est in gene re. Assumptū pꝫ aliq̄lr̄ ꝑus. q2 i āgelo nō possꝫ eē ꝯpositio nisi ipe ꝯponeret̄ ex materia et for ma sbali. sed sicut ꝓbat̄ in scđo. angelus nō cō ponit̄ ex materia ⁊ forma. Scđo dico ꝙ ꝯpossi bilitas alicuꝰ cū aliquo alio nō facit ꝑ se aliq̄d

Primo dicit

Scđo dicit

esse in genere. quãuis sit cõditio sequẽs omne existens p se in genere. cui9 rõ est. q2 qñtũcunq3 aliqua res nõ sit in genere nisi p cõparationẽ ad alias res eiusdẽ generis. sicut nullo modo homo posset esse spẽs cõtẽta sub hoc genere aial. nisi esset aliqua alia spẽs cõtẽta sub eodẽ genere. tñ posito per impossibile q nulla esset alia res ab hoĩe 7 asino 7 ceteris aialib9. adhuc aial esset genus 7 homo esset spẽs. g p cõparationez ad res alteri9 generis. non est homo in genere aialis. g cõpossibilitas hoĩs cũ aliis rebus ab aialibus: cũ quib9 nõ est cõpossibilis. nõ facit p se hoĩem esse in genere animalis. nec partialiter nec totaliter. Preterea. sicut indiuidua se habẽt ad speciẽ. sic species ad gen9. sed posito q sint duo hoĩes s̃m suas eẽntias absolutas. posito p ĩpossibile q cũ nullo essent cõpossibiles adhuc illi hoĩes essent eiusdẽ speciei. ergo posito p ipossibile q essent homo 7 asinus. 7 cetera aialia. sine omi cõpossibilitate cũ alia re. adhuc essent in eodez genere. igit cõpossibilitas nõ facit p se aliq̃d esse in genere. hoc tñ nõ obstãte est cõditio cõueniẽs omi existenti p se in genere.

Tertio dicit

Tertio dico. q deus nõ est in genere. Hoc tñ difficile est probare. Uerũtñ psuadeo magis per viã narrationis q̃ per viã pbationis.

Probatur primo.

Primo sic. si deus esset in genere. aliq̃d esset genus respectu dei 7 alioꝝ. cõñs est falsuz. q2 si sic. illud eẽt ens vel aliq̃d aliud cõe deo 7 creaturis. sed ens nõ est genus cui9 ratio est. q2 oẽ genus separat illud cui9 est gen9 ab alio. Hoc pz. vij. tho. Ubi vult q oẽ genus positũ in diffinitione siue sit diffinitio p additamentuz siue per se. separat diffinitũ ab aliquo. Hoc intelligo sic. q aliqua negatiua negãs aliq̃d ab illo genere est imediata. et negatiua negãs illud idez a specie est mediata. s nihil põt negari ab ente i negatiua imediata. cũ ens pdicet de quolibz. g ens nõ est gen9. et isto modo põt intelligi phs. tertio metha. q oẽ gen9 vere negat ab aliqua dr̃a. sed ens a nulla vere negat. g ens nõ est genus. Similit aliud ab ente cõe deo et alicui certe creature nõ est gen9. q2 genus qđ pdicat de magis differẽtib9 pdicat de rebus min9 differẽtib9. s tale cõe nõ pdicat de oi illa. g 7c.

Secundo

Scd̃o declaro hoc idez sic. q2 oia q̃ sunt in genere habẽt certã pportionẽ 7 pfectionẽ int se. s de9 in infinitũ excedit oẽ aliud a deo. g in nullo genere est cũ quocunq3 alio a deo. Et p istã rõem põt ĩtelligi ratio Augustini. 7 Auicen. Uñ aug9. vij de trini. c. xij. pbat q diña essentia nõ est spẽs neq3 gen9. q2 semp plura cõtẽta sub specie vel genere dicũt plus pfectionis: q̃ vnũ solũ. s hoc nõ posset esse nisi omnia contenta sub genere haberent certã proportionem ad inuicẽ s̃m perfectionez. Si eñ aliquid contẽtũ in genere in infinitũ excederet oia alia contẽta in gñe. nõ plus pfectionis dicerẽt illud vnũ 7 oia alia q̃ illud vnum solum. Sic etiã posset intelligi ratio eiusdem quã adducit scd̃a opinio recitata. ita q p illaz quasi pbat vnã pponẽ istius rõnis pncipalis. sic arguẽdo. oẽ p se in gñe minus pfectionis icludit p se sũptũ q̃ cũ alio s sol9 de9 nõ min9 pfectõis icludit p se q̃ cũ alio. g sol9 de9 nõ ẽ i gñe. Minor pbat. q2 oẽ quod põt substare accidenti. minus pfectõis dicit p se q̃ cum alio. q2 oẽ tale pficit ipo accidẽte recepto. sed solus deus est qui nõ est accñs nec pficit accidente g solus deus est qui nõ min9 pfectionis includit p se q̃ cũ alio.

Ad augustinum

Quãuis g sic posset exponi beatus augustin9 ad pbandum q deus nõ est in genere. tñ sciendũ q nõ est intẽtio beati augustini pbare q deus nõ ẽ in gñe. sed est intẽtio sua pbare q eẽntia diuina nõ est species. 7 ipe psone indiuidua. q2 tũc sicut cõceditur q pater 7 filius 7 spũs sanctus sunt tres psone. ita oporteret cõcedere q sunt tres eẽntie. Similiter si eẽntia esset genus. 7 tres psone spẽs oporteret idem cõcedere. q2 de quocũq3 predicant indiuidua in plurali. vt dicant plura indiuidua. de eisdẽ pdicat in plurali tam nomẽ spẽi q̃ nomen generis. Unde dr̃ sic. Si genus est essentia. species autẽ psona. opz appellari tres essentias 7c. Et sequit. Neq3 eñ spẽs pluraliter dicta est. 7 singulariter genus. et sequitur. sicut dicũt abraham ysaac et iacob tria indiuidua. ita tres hoĩes et tres anime 7c. Ex istis patet q nõ intẽdit ibidem Augustin9 pbare aliud nisi q essentia nec est spẽs nec genus psonarũ.

Ad auicennã

Per pdictuz etiã modũ potest intelligi Auicẽna. q p partẽ nõ intelligit pprie ptẽ. sed intelligit q illud quod importat p genus sit pars. nõ quidẽ pars pprie dicta. s dicit pars. q2 plus pfectõis est in illo cũ alio q̃ in illo solo. sicut dicim9 q vna spẽs vl celũ est pars vniuersi. q2 scz plus pfectionis est in vniuerso q̃ in celo vel quocũq3 alio vno per se sumpto. Non sic aũt possumus dicere q deus est pars vniuersi. q2 nõ plus pfectionis est in deo 7 vniuerso q̃ in deo solo.

Ad Quarto dicit

Quarto dico q nõ põt p rõnem sufficiẽter pbari deũ nõ esse in genere. q2 nec p simplicitatẽ dei sicut ostẽsum est. nec p necessitatẽ dei. q2 nõ plus potest pbari deum non habere conceptum generis per necessitatem dei. q̃ deum nõ habere conceptum cõem vniuocũ. cum vterq3 sit equaliter extrinsecus et ex eẽntiã dei 7 nõ ppt cõcepcũ talez in nullo derogat necitati diñe. nec ẽt põt sufficiẽt pbari p ĩfinitatẽ dei q2 q̃tũcũq3 de9 ĩfinitũ excedat

oēm creaturaȝ. quia tamen creature non sunt equales in pfectiōe plus assimilat̄ vna creatura deo q̄ alia. ⁊ ppter illā assimilatōeȝ. nec potest pbari q̄n aliq̄d vniuocū deo ⁊ illi creature esset vnū genus contentū sub ente. qđ postea diuideret in deū ⁊ illam creaturā. Et ideo ad argumēta in oppositum qui teneret aliā opinionē faciliter responderet.

N. Ad argumenta — Ad pmū pme o.

Ad pmū pme opinionis diceret breuiter q̄ nō ois spēs componit̄ ex genere ⁊ dr̄ia essentiali. q̄z etiā s̄m veritateȝ nō omnis spēs habet genus ⁊ dr̄iam eēntialeȝ.

O. Ad scđm

Ad scđm diceret leuiter. q̄ nō obstāte idētitate diuine essentie ⁊ esse dei. ens nō erit gen⁹ sicut nō obstante identitate q̄dditatis ⁊ entitatis angeli. ens nō est genus angeli.

P. Ad tertiū

Ad tertium diceret q̄ nō oīa q̄ sunt in gn̄e cōueniūt in essentia ⁊ q̄dditate generis ⁊ dr̄nt s̄m esse. nō plus q̄ ecōuerso. Unde oīa q̄ sūt in genere differūt ⁊ s̄m esse ⁊ s̄m q̄dditates. Illud autē argumentū quod pbat deū nō eē in genere p reductionē cōcludit verū. nec tn̄ valet. q̄z peccat p fallaciaȝ equocationis sicut ostēsuȝ est prius.

Q. Ad vltimū

Nec etiā vltimū argumentū nō ɔcludit patet. q̄z nō est incōueniens aliq̄d esse prius deo s̄m prioritatē cōitatis et gn̄e.

R. Add ar. scđe op. — Ad pmū

Argumēta etiā alterius doctoris. nō cōcludūt pmū nō. q̄z supponit falsum. scȝ q̄ ois spēs sit ɔposita ex realitatibus. quarū vna sit potētōnalis respectu alterius. vel q̄ genus ⁊ dr̄a accipiunt̄ a talib⁹ realitatibus sicut cōponētibus. nec h̄ pbat̄.

Ad scđm

Secūda etiā rō nō valet. q̄z cōceptus spēi nō semp est sic compositus. sicut isti ymaginant̄.

Ad tertiū

Tertia etiā rō nō valet. q̄z gen⁹ nō est de eēntia nec de q̄dditate illius cui⁹ est genus.

Ad quartū

Nec vltima rō valet sicut declaratuȝ est prius.

Ad pmū p̄n.

Ad pmū pncipale pȝ q̄ simplr̄ simplex potest esse in genere. etiā posito p impossibile q̄ nō est cū altero ɔponibile. sed tn̄ h̄ȝ certā pportionem cū alijs ideo pōt esse in gn̄e.

Ad scđm

Ad aliud pȝ prius. q̄ aliq̄d pōt ɔtineri sub plurib⁹ cōibus nō subordinatis.

Ad tertium

Ad tertium q̄ non omnis vnitas conceptus sufficit ad hoc q̄ aliquid sit per se i genere.

Questio scđa.

A. Questio II q̄ ē pma ānexa p̄.

D declarationē

predictoꝝ querā istas breues questiones. Primo ḡ quero. Utrū aliquod simplr̄ simplex possit esse in genere.

Arguit̄ pmo

Et nō. q̄z genus significat partē rei. p Commē. vij. metħ. ɔmē. iij. Genus dr̄ ps forme. ⁊ ideo dr̄ q̄ genus est ps formarū spērum Hoc idem etiā dicit phus. ibidē q̄ genus ē ps forme.

Secundo

Preterea s̄m phm. v. metħ. c. de genere Genus est materia. ḡ illud in quo nō est materia nō ē in genere. sed simplr̄ simplex nō h̄ȝ materiā.

Tertio

Preterea Commē. ibidē cōmē. xxxiij. dicit q̄ tertius modus generis dr̄ de materia. genus enī est illud qđ recipit differētias ⁊ q̄litates. ⁊ tale est materia. sed nec in āgelis. nec in accn̄tibus est materia. ergo talia ppter suā simplicitatē nō sunt in genere.

Quarto

Preterea. qđ est simplr̄ simplex in nullo vniuocat̄ cū alio. q̄z se toto differt a quolibet. sed tale nō est in genere. ḡ nullū simplr̄ simplex pōt eē in genere. Ad oppositū. angeli sunt in genere substātie. et tn̄ simplices.

B. Rn̄sio ad ques.

Ad questionē dico q̄ simplr̄ simplex est in gn̄e. ita scȝ q̄ est simplex p carentiā cuiuslibet ɔpositōis intrinsece. Cui⁹ rō est quia omnis cōceptus pdicabilis in q̄d de pluribus differētibus plus q̄ solo numero. habētibus certā pportionē s̄m pfectioneȝ inter se. quoꝝ nullū est pars eēntialis alicuius p se vni⁹ est cōceptus gener̄. sed de simplicibus. puta de angelis pdicat̄ aliq̄s cōceptus in quid ⁊ angeli plus differūt q̄ solo numero. supponēdo q̄ nō oēs sint simplr̄ eiusdē rōnis. hoc est simuliū. et nullus eoꝝ natus est eē pars essentialis cuiuscūq̄ p se vnius. ⁊ habent certam pportionē s̄m pfectionē inter se. ḡ ⁊c. Maiorē declaro. Ad cuius euidentiā sciendū q̄ sicut declaratū est q̄uis aliq̄s cōceptus. puta conceptus entis pdicat̄ de deo ⁊ aliqua creatura in quid. q̄z tn̄ ista contēta nō habēt certam pportionē s̄m pfectionē inter se. ideo nō est genus. Silr̄ q̄uis aīa pdicet̄ in q̄d de multis aīabus ⁊ silr̄ forma de oībus formis substātialib⁹ et materia de oībus materialibus. q̄z tn̄ oīa ista sunt nata esse ptes eēntiales aliquo quoꝝ quodlibet est p se vnū. ideo illi cōceptus nō sunt gn̄a nec etiā spēs. Silr̄ q̄uis aliq̄d predicat̄ i quid de aīa intellectiua ⁊ de angelo. illud non esset genus ppter eandē rōem. sed q̄n oēs iste cōditiones cōcurrūt. tunc tale pdicabile ē genus. q̄z ista rōe circūscripta. nō pōt assignari quare plus vn⁹ talis ɔceptus sit gen⁹ q̄ alius Per primū distinguit̄ a cōceptu spēi ⁊ ɔceptu denomīatiuo. Per scđm a cōceptu entis. ⁊ a quolibet cōceptu pdicabili de deo et de creatura. ⁊ per tertium a conceptu predicabili de quacunq̄ parte essentiali cuiuscunq̄ creature et per hoc conceptus predicabilis in quid de deo et anima intellectiua non est genus quāuis sit etiam vniuocum deo et anime intellectiue Et hec etiam esset ratio q̄ nullus conceptus predicabilis de eo in quid est conceptus generis. Minor est manifesta. quia non plus repugnat angelis habere conceptum predicabilē de eis in quid q̄ deo et creaturis. immo aliquis est conceptus communis predicabilis in quid de deo et creaturis, non pro se. sed

pro deo. ⁊ pro āgelis. ⁊ sic p3 minor quātum ad primā partē. alie ptes sunt manifeste. Cōtra istā rationē pōt instari. qa ſm hoc qualitati ⁊ q̄ntitati esset aliqd genus cōe. q2 de ipīs pdicatur aliqd in quid. ⁊ dīr plus q̄ solo nūero ⁊c̄. ergo ille cōceptus sic de eis pdicabilis erit cōceptus generis. Preterea. sequit q̄ quelibet due spēs habēt vnū genus pcise cōe eis: pbatio. q2 causa quare ab istis spēbus quibuscūq3 demonstratis abstrahit vnū genus. qd nō abstrahitur ab istis spēb9 et ab alijs specieb9. qa iste spēs vel magis pprie loquēdo indiuidua istarū specierū. habēt certā pportionē vel cōuenientiā inter se. qualē nō habēt cū alijs speciebus. vel indiuiduis aliarū specierū. ſ demōstratis indiuiduis duarū specierū quarūcūq3 illa indiuidua habent aliquā determinatā cōuenientiā vel pportionē inter se. qualē nō habēt cū quibuscūq3 indiuiduis aliarū specierū. ergo est aliquis cōceptus abstrahibilis pcise ab istis. et eadē rōne a quibuscūq3 indiuiduis quarūcunq3 duarū specierū. ⁊ ex hoc vltra sequitur q̄ respectu substātie ⁊ q̄ntitatis pōt abstrahi 9ceptus generis. q2 habēt certā cōueniētiā inter se. qualē nō habēt cū qualitate. g ab eis aliqs cōceptus determinat9 abstrahi pōt. Ad primū istorū posset dici. si vna opinio q̄ recitabitur in quarto ess3 vera q̄ genus est in dupli ci dfa. qdā3 em̄ sunt genera que significāt res simplicit et absolute sine oī 9notatiōe. ⁊ si ita esset. tūc posset dici q̄ sunt tm̄ tria genera generalissima. puta sba q̄litas ⁊ respect9. ſm ponētes respect9 alios q2 oīs res alia a d̄o: vel est sba: vel est q̄litas: vel est respect9. Alio mō dicitur genus oē pdicabile pmo modo dicēdi per se ⁊ in abstracto de alio. ⁊ isto mō pūt dici decē genera gnālissima. s. tria p̄ia ⁊ septē alia que tm̄ sunt conotatiua. sc3 q̄titas ⁊ relatio. et sic de alijs. Nec illud debet reputari ita absurdū. cū etiā multi doctores dicant q̄ respectus nūq̄ distinguit a fundamēto realr. ⁊ ita nō sic sunt decē gn̄a distinctas res iportācia. quomō gen9 sbe ⁊ q̄litatis iportāt distictas res. Sz tūc est dubiū. q2 nō videt q̄ respect9 q̄ poneretur distinctū pdicamētū tanq̄ iportās simplr rem distinctā sit aliqd illorū decē generū gnālissimorū. q̄ ponit pbus ⁊ auctores ⁊ doctores. Ad istud posset dici. q̄ ille nūerus pdicamētorū est cōcessus tanq̄ famosus. q̄uis tunc ſm rei veritatē nō esset verus nūerus pdicamētorū. Posset tm̄ dici q̄ per genus relacionis intelligit illud genus gnālissimū. ita q̄ cōiter loquēdo genus relationis cōprehendit ppter similē modū predicādi: ⁊ illud gen9 gnālissimū ⁊ alia que ponūtur in genere relatiōis. Et ita sub genere relatōis comphendet vnū genus gnālissimū. accipiēdo gen9 gnālissimū p cōissimo aliquo iportāte pcise res distinctas ab oībus importatis p alia gn̄a gnālissima. Ad secundū posset dici multiplr. Vno mō 9cedēdo conclusionē. Videt tm̄ argumentū valere magis 9 opinātes 9trium. q̄ 9 me. q2 sicut ſm eos idē nō pōt cōuenire cū aliquo realr et differre ab eodē realr nisi p aliud ⁊ aliud. eadem rōne idem nō pōt differre realr ab vno plus ⁊ min9 q̄ ab alio nisi p aliud ⁊ aliud. sicut hō non pōt plus distingui a boue q̄ ab asino. nisi propter aliud ⁊ aliud vel ppter aliā ⁊ aliā realitatem. Probatio istius. q2 min9 differret ab asino q̄ a boue. g p principia eorū magis cōuenit cū asino q̄ cū boue. g in aliquo cōuenit cū asino in quo nō cōuenit cu3 boue. tūc quero. aut magis cōuenit cū asino q̄ cū boue seipo. ⁊ hoc non est possibile. q2 tūc eadē rōne seipo cōueniret cu3 asino. ⁊ qua rōne seipo cōueniret cū asino eadē rōne cū distinguat ab asino seipso distinguit ab asino q2 si p aliud distinguit. ergo nō seipo cōueniret pmo. sed p aliud p quod nō distiguitur. ergo nō potest seipo pmo plus conuenire cum asino q̄ cū boue. Si aūt cōueniūt in aliquo magis homo ⁊ asin9. vl' homo ⁊ equ9 (nō curo de terminis) q̄ homo ⁊ bos. quero de illo aut est aīalitas vel realitas a qua accipitur genus vel a qua accipit dfa. Nō realitas a q̄ gen9 accipit. q2 p illā nō distinguit a boue. sed in illa cōuenit cū boue ⁊ cū equo ⁊ cū alijs. Si autē sit realitas a qua accipit dfa. aut g illa q̄ homo distinguit ab omni aīali. puta a boue et ab equo. vel aliqua qua distinguit a boue ⁊ nō ab equo. Si pmo modo. ergo in illa realitate homo ⁊ equus nō cōueniūt. sicut nec in illa cōueniūt homo ⁊ bos cū homo distinguat p illā ab vtroq3 ⁊ p 9ns ab equo. ⁊ p idem nō possūt aliq̄ cōuenire ⁊ distingui. si scdo mō g alia est realitas pter realitatē a qua accipit genus. ⁊ realitatē a qua accipit dfa q̄ hō differret a boue. in qua cōueniūt hō ⁊ equus. ⁊ ita erūt tres Eodē mō arguo q̄ homo plus cōuenit cū boue q̄ cu3 capra. g in aliqua realitate alia sicut p9. Et vlt pl9 9ueīt cū capra q̄ cū musca. ⁊ sic pcedēdo p oēs spēs aīal' ⁊ oī3 q̄ sūt i gn̄e sbe. sequitur q̄ erūt tot realitates i q̄libȝ spē. quot sunt spēs i gn̄e sbe. qd ē sat absurdū. Et vltra h' etiā seq̄t q̄ tot sūt gn̄a supiora ad quālibȝ spē3 sbe. quot sūt spēs in genere substātie. minus ergo esset absurdū 9cedere conclusionē q̄ eēnt tot genera ppter solos cōceptus distinctos. q̄ cōcedere tot genera cum tot realitatib9 in quolibet indiuiduo ⁊ in qualibet specie. quia parum inconueniēs videtur. respectiue q̄ aliqs

vidēs ꝑcise boues ⁊ asinos. abstrahit vnū ꝯce
ptū cōem eis: predicabilē in quid de eis. ⁊ ali⁹
vidēs ꝑcise boues ⁊ equos abstrahit vnū aliū
conceptū cōsimilē. ⁊ alius vidēs ꝑcise boues
et capras abstrahit adhuc vnū aliū conceptū
cōsimilē. ⁊ sic de mille apprehēdētibus diuer-
sa indiuidua. ita ꝙ quilibet ꝑcise apprehēdat
aliqua indiuidua bouis. ⁊ null⁹ ꝯprehēdit ali-
qđ īdiuiduū eiusdē spēi ꝓpōsitissime: cū quocūqꝫ
indiuiduo apprehenso ab alio. excepto indiui
duo bouis. tūc cū q̇libꝫ illoꝝ posset abstrahe-
re aliquē ꝯceptū cōem oībus appꝛhensis ab eo
⁊ ꝑ ꝯñs q̇libꝫ illoꝝ esset cōis bobus. cū boues
apprehēdātur a quolibet illoꝝ. et nō videt̃ in-
cōueniēs q̇n quilibet illoꝝ abstrahit cōceptū
distinctū. sicut apprehēsa a quib⁹ debꝫ abstra
here sunt distincta. ⁊ ꝑ ꝯñs tot erūt cōceptus
distincti quot sunt abstrahētes. ⁊ ita erūt mil
le ꝯceptus cōes ⁊ p̄dicabiles in quid de bob⁹
⁊ tñ quilibet illoꝝ continebit̃ sub aīali. nec tñ
erūt cōceptus subalterni. et hoc minus est in-
cōueniēs ꝙ̄ ponere tot realitates in quolibet
indiuiduo. ⁊ sil̄r simul cū hoc tot genera quot
sunt spēs. Et si istud esset verū possꝫ dici pro
intētione. aristotelis ⁊ alioꝝ pħoꝝ ⁊ auctorū.
Uno mō ꝙ ipsi loquūtur de illis generib⁹ quo-
rum diuisio est necessaria ad inuestigandū dif
finitōez alicui⁹ spēi. q꞉ illa genera sunt pauca
⁊ sunt subalterna. ⁊ sic nō a quibuscūqꝫ spēb⁹
ꝓpter determinatā conueniētiā pōt abstrahi
cōceptus generis sic dictus. sicut ad habendū
diffinitionē hominis nō oportet diuidere aīal
in oīa genera quocūqꝫ modo contēta. ſꝫ q꞉ dr̄a
hominis qua distinguit̃ ab omī aīali nota est.
sufficeret diuidere aīal ꝑ dr̄am hominis ⁊ ne-
gationē vel ꝑ priuationē illius dr̄e. dicēdo oē
aīal aut est rationale aut est irrationale. Hic
enī ꝑ hoc nō habet̃ aliqua dr̄a positiua nisi so-
la dr̄a hominis. sed habet̃ dr̄a positiua homis
ex vna pte. ⁊ negatiua vel priuatiua eiusdē ex
alia pte. Ex isto modo diuidit̃ gen⁹ substantie
in substantiā corporeā ⁊ incorporeā. cū tñ for-
te ſm rei veritatē illius que est incorporea nō
sit aliqua differētia positiua et eēntialis. ꝓpt̄
simplicitatē ipius. Aliter posset dici sic innuit

Secundo

doct. in li. diuisionū. Multe diuisiones ma-
gis sunt a necessitate ꝙ̄ a natura. ⁊ eodem mō
multa dicūtur genera magis a necessitate ꝙ̄
a natura. qđ sic pōt intelligi. q꞉ multe species
hoc est multa indiuidua specierū sunt nobis
ignota. nec nobis innotescūt nisi in ꝯceptib⁹
cōibus transcendētibus que sunt cōes substā-
tiis ⁊ accidētibus: quoꝝ aliqui sunt cōes ⁊ ab
soluti. ⁊ aliqui cōnotatiui. ⁊ in cōceptibus ne
gatiuis ⁊ cōnotatiuis ꝓprijs. et tūc q꞉ iste res

a quibus deberēt abstrahi cōceptus generū
nō sunt note in se. sed aliq̄ accñtia earum. vel
aliqua alia ad ipas ꝑtinētia sunt in se nota. ideo
genera earū dicunt̃ aliqui cōceptus cōnotati-
ui illoꝝ accidentiū ⁊ ꝓprietatū. ⁊ q꞉ multorū
indiuiduoꝝ diuersarū spērum nō cognoscim⁹
in se diuersa accñtia ⁊ ꝓprietates ꝓpter q̄s pos
semus sic abstrahere cōceptus distinctos. ideo
dicimus multa eē eiusdē generis ⁊ nō diuerso
rum generū. ⁊ aliq̄ alia esse diuersoꝝ generū.
Uerbi grā. nullā sbam incorpeā nec corpeam
inaīatā. nec aīal aliqđ cognoscimus in se vel
cognitōe ꝓpa. tñ accidētia illoꝝ cognoscim⁹.
sicut q̄litates sensibiles. opatōes earū ⁊ mot⁹
et hmōi. ideo ſm ista accipimus genera ⁊ diui
dimus. q꞉ oīa habētia q̄ntitatē ponim⁹ ex vna
parte ⁊ dicim⁹ esse in eodē gñe subalt̄no. ⁊ oīa
nō habētia q̄ntitatē ponim⁹ ex alia pte. ⁊ dici-
mus nō esse in eodē gñe subalt̄no cū p̄mis. sed
tñ eiusdē gener̄ gñalissimi. Postea habentiū
q̄ntitatē videmus aliq̄ habere motū aliquē ex
ꝑncipio intrinseco quē nō hñt alia. ⁊ illa poni
mus ex vna parte. ⁊ alia ex alia pte. Postea vi
demus aliq̄ moueri aliquo motu locali ad pre
sentiā alicui⁹ ad modū quo nos possum⁹ moue
ri ad p̄ntiam taliū. ⁊ alia nō ⁊ illa ponimus ex
vna parte. et alia ex alia. et sic semꝑ ꝑ diuersa
accñtia q̄ appꝛhendimus dicim⁹ aliqua esse in
eodē genere ⁊ nō in alio. ⁊ si cognosceremꝰ mł-
ta q̄ntacūqꝫ diuersa tñ spērū. ⁊ plus differētiū
ꝙ̄ multa q̄ dicim⁹ differre gñe ⁊ nō appꝛhēdere
mus diuersa accñtia in eis. sed omnia accñtia
eēnt silīa in eis. nō diceremus illa eē in diuer-
sis generib⁹. ſꝫ magis diceremꝰ ꝙ eēnt eiusdē
generis. ⁊ ita gñia q̄ nos habemus sunt magis a

D

necessitate. ꝓpter defectū veroꝝ generū q̄ nō
habemus ꝙ̄ a natura. hꝫ est ꝙ̄ sunt veraciter. si
cut a natura rerū possent accipi. si ipe res pos-
sent in se a nobis appꝛhēdi. Aliter forte dice-
rent aliqui ꝙ nō ab omnibus determinatā

Tertio

conuenientiā habētibus potest abstrahi cō-
ceptus distinctus. sed aliq̄ cōueniētia sufficit.
⁊ aliq̄ nō. ⁊ ideo nō est tanta cōueniētia inter
sbas ⁊ qualitates ꝙ possit abstrahi ab eis vn⁹
cōceptus qui sit cōis oībus. ⁊ eodē mō de qui
buscūqꝫ accñtibus distinctoꝝ generū gñera
lissimoꝝ. Sil̄r inter istas duas spēs vel indiui
dua istarū spērū aliq̄bus demōstrat̃ nō ē talis
conueniētia ꝙ possit abstrahi ab eis aliq̄s cō-
ceptus precise cōmunis illis. Pro isto tamen
modo dicēdi nulla potest ratio assignari. ſꝫ si
verus est tantū erit notus per experientiam ⁊
nullo alio modo. Aliter posset dici ꝙ nullus

Quarto

ꝯcept⁹ nisi ad placitū institutus pōt abstrahi
nisi ꝑcise ꝯceptus spēi spēalissime. ⁊ ꝯceptus

entis. et ita conceptus generis nõ erit vnus naturalr abstractus. sicut est conceptus entis et cõceptus spẽi spẽalissime sed semp erũt equocationes in gñe nisi imponat aliqs cõcept⁹ connotatiuus aliquor accñtiũ eiusdẽ spẽi in illis qbus debet ee gen⁹. Aliter posset dici sicut tactũ est in pcedẽti qone q ab indiuiduis diuersarũ specierũ plus dñtib⁹ nõ põt abstrahi aliqs cõceptus pdicabilis in quid. nisi etiam pdicet in qd de indiuiduis mag⁹ cõuenietib⁹ cũ illis q̃ ipe conueniũt inter se. sicut si homo. et musca plus differunt q̃ homo et bos et equus et capra et plusq̃ bos et equus et capra et musca nullus conceptus cõis qdditatiu⁹ põt abstrahi ab hoie et musca. qn erit qdditatiu⁹ boui equo et capre. et sic de alijs. Et sic p3 maxime q nõ a qbuscũq3 indiuiduis diuersarũ spẽrũ potest abstrahi gen⁹ distinctũ. Oia pdicta in ista qstione dico nõ asserẽdo. s recitãdo tm̃. et h vera vt vera. falsa vt falsa. erronea vt erronea. et absurda vt absurda. que tamen sint vera. et que falsa. et que erronea. et que absurda. relinquo eis discutiendum. Hoc solum assero q nihil est in re nec res nec realitas q̃ sit quocũq3 mõ genus vel cõe p pdicationẽ ex natura rei plus q̃ aliud. et q gen⁹ nõ est de eẽntia et intraneita te rei cui⁹ est genus. Ad pmũ pncipale dico q gen⁹ nõ est ps rei cuiuscũq3 pprie loquẽdo. s p tanto dicũt auctores et phs q est ps. qz ẽ ps diffinitõis. et h vel diffinitõis pprie dicte. vel diffinitõis date p additamẽtũ. Et q h sit intẽtio phi. et cõmẽ. p3 p ipsos vbi allegat. Unde phs in noua translatõe dicit sic. Amplius autẽ q̃ sunt rõne. h est ps dr de illis q̃ sũt in diffinitione. qz vnũquodq3 eor est ps diffinitõis. et h est qd dicit in antiq translatõe. etiã est pars et etiã in illa q̃ sunt in diffinitõe. Et si dicat q phs vult in antiq trãslatõe. q illa que sunt in diffinitõe sũt ptes spẽi et diffiniti. et nõ tm̃ diffinitõis. Unde dicit in noua translatõe. Amplius q̃ sunt in rõne. vnũquodq3 et h ptes totius pper qd genus spẽi. et pars dr. Siñr in alia translatõe dicit. est etiã ps. etiã et illa que sũt in diffinitõe q̃ significãt vnãquãq3 rerũ sũt in ptes totius. Et iõ dr q gen⁹ est ps forme. Ex istis videt q illa q̃ sunt in diffinitõe nõ tm̃ sũt ptes diffinitiõis. sed etiã sunt ptes spẽi et forme et totius. Rñdeo q phs improprie loquit de pte et extẽsiue. intelligẽdo p parte illud qd vere est ps diffinitõis. et significat vnã partẽ rei cui cõpetit diffinitio. vel significat totam rem habentẽ partẽ signif cãtiuã p alĩã partẽ diffinitiõis. si sit diffinitio pprie dicta. vel significat rem illã cui cõpetit diffinitio. q̃ tamẽ res aliquo mõ cõponit cũ alio si sit diffinitio pprie dicta. Ista tñ magis patebũt in questione sequenti. Unde dicit phs. q gen⁹ est ps speciei. Aliter aũt spẽs e ps gener. h nõ põt esse verum accipiẽdo pprie partẽ. s accipit partẽ improprie. sed q rõne dr q spẽs est ps generis improprie. eadẽ rõne genus erit ps spẽi improprie. Eodẽ mõ dico q gen⁹ est ps toti⁹ improprie h ẽ ps diffiniti vel alicui⁹ rei extra. est tñ pprie ps diffinitõis. nec ppter aliud dr pars speciei vl totius rei vel forme. Eodẽ mõ accipiendũ est dictũ commẽ. qñ dicit ibidẽ. Illa ex qbus cõponimus diffinitões significãtes qdditatem cuiuslibet rei. Dicunt etiã partes diffiniti et diffinitõnis. qz scz sunt pprie partes diffinitõis et dicunt improprie et metaphorice ptes diffiniti. qz significãt ptes q̃s significat diffinitũ. qñ est diffinitio pprie dicta. et ideo subdit dicẽs. et ideo gen⁹ dr ps forme. i. ideo dr q gen⁹ ẽ pars formarũ spẽrũ. et h põt exponi intelligendo p formas spẽrũ ipas diffinitões. q possunt dici improprie forme ppter pdicatõnẽ. qz pdicatũ quodãmodo h3 rõem forme respectu subiecti. Qd aũt nec diffinitio nec gen⁹ nec dña sit pprie forma satis innuit Cõmen. ibidẽ. Unde dicit sic forma spẽi diuidit in gen⁹ et dñam. hic est autẽ qntus modus supple. quo aliqd dr ps alteri⁹. qz forma sm q est genus et dña differt a formis sm q sunt forme. illas eñi esse gen⁹ aut dñam ẽ accidẽs qd accidit eis. Ex h p3 q alr dr forma de illis q̃ vere sunt forme. et de genere et dña. et ita improprie et equoce dr forma de genere et dña et eadẽ rõne cũ gen⁹ et dña nõ dicant partes. nisi qz sunt forme. sequit q improprie et equoce dr pars de eis. et h satis p3. qz sicut ostensũ est prius. dist. ij. Cõmen. expsse dicit in. vij. meth. q nullũ vliũm est ps substantie. nec p ons aliqd genus est pars substãtie. Et si querat de qbus formis intelligit cõmẽ. qñ dicit q illas semp formas esse genus aut dñam est accidẽs quod accidit eis. Potest dici p ista auctte et multis alijs auctoritatib⁹. et maxime ipius cõmẽ. per duas ppões. quarũ vna dicta est frequenter prius. scz q commen. et phs et alij frequẽter per ppositiones que sm se sunt actus exercitati intelligũt actus signatos. sicut dictũ est de istis homo primo est risibilis. color est obiectũ adequatum visus. et sic de cõsimilibus. Secũda ppositio est q frequenter in talibus per illas intelligũt nomina rerũ. et hec aliqñ abstracta vel cõcreta. et aliqñ determinate hec vel illa. vel intelligũt cõceptus correspõdentes. sicut si dicat q qualitas accñtalr pdicat de subiecto. hoc est concretum significãs qualitatem accidentaliter predicat de subiecto. quia hec est per accidens. homo est qualis. vel homo

K Contra

L Responsio

Obiectio

M Responsio

N Scda ppositio

est albus. et ita de aliis. Per hoc respondeo ad commē. q̄ de cōcretis significātibus formas vel res accntalr̄ p̄dicat eē genus vel dr̄as. ita q̄ hec sit p accn̄s. aial est gen⁹. et hec sil'r. rōnale dr̄a. et si ita eēt de abstractis nō eēt ꝯ p̄dicta.

Ad scd̄m p̄n.

Ad scd̄m p̄ncipale dico q̄ genus nō est p̄p̄e materia sed dr̄ materia metaphorice. q̄ sic materie p̄existēti aduenit forma et facit vnū cū ea. ita generi aduenit dr̄a siue eēntialis siue accidētal. nō curo ad p̄ns. et facit vnā diffinitionē cū ea p̄p̄ie dictā vel p additamētū.

Ad tertiū

Per idē p3 ad ꝯmē. q̄ genus dr̄ materia, q̄ in diffinitōe q̄si recipit dr̄as. s. eēntiales et q̄litates.

Ad quartū

vel dr̄as accntales. Ad vltimū p3 p⁹ q̄ simplr̄ simplex pōt vniuocari ī aliquo, nō obstāte sua simplicitate.

Questio tertia.

A Questio III q̄ ē scd̄a ānexa p̄.

Circa idē secūdo

c quero Utrū om̄e genus diuidat̄ in suas spēs p dr̄as ꝯstitutiuas specierū et diuisiuas ipsius generis.

Argu p̄n.

Et sic. ois spēs est diffinibilis. s3 ois diffinitio ꝯstat ex gn̄e et dr̄a. ḡ ois spēs cōstituit̄ p dr̄am in genere.

In oppositum

Ad oppositū. simplr̄ simplex nō h3 dr̄am. sed seipso differt a quocūq3 differt. s3 multa simplicia sūt in gn̄e ex p̄ori q̄one. ḡ et c.

B Opinio p̄ma

Ad istā questionē est cōis opīo modernoꝝ. q̄ ois spēs ꝯponit̄ ex gn̄e et dr̄a. et q̄ oē gen⁹ diuidit̄ p dr̄as in suas spēs. Pro ista opiniōe nō vidi multas rōes. q̄ ab oibus supponit̄ tāq̄ certa.

Probat̄ p̄ma rō.

Pro ista opiōne pōt argui et p rōes et p auc̄res p rōem p̄mo sic. Si nō ois spes h̄ret differētiā eēntialē. sequeret̄ q̄ cōceptus spēi eēt ita simplex sicut cōceptus generis. ꝯn̄s est falsum. ḡ et an̄s. falsitas ꝯn̄tis p3. q̄ quāto aliq̄d est cōius tanto est simplici⁹. Aliter eīn posset ꝯcept⁹ spēi eē ita simplex sicut cōceptus entis. quod videt̄ absurdū. ꝯn̄a p3. q̄ cōceptus spēi nō potest eē ꝯpositior cōceptu generis. nisi q̄ icludit ꝯceptū generis et aliq̄d plus. sed illud nō pōt eē nisi dr̄a. ḡ ꝯceptus spēi includit dr̄am.

Scd̄o

Scd̄o sic. si spēs aliq̄ nō h̄ret dr̄am. h̄ nō eēt nisi p̄p̄t simplicitatē ipsius. sed aliqd̄ simplex h3 dr̄am. ḡ simplicitas nō impedit. et ita q̄lib3 habebit dr̄am. Assumptū p3. q̄ om̄e genus descēdens in aliquā spēm. p dr̄am descēdit in spēm cōdiuidentē p dr̄am oppositā. sed aliquod genus descēdit immediate in spēm simplicē et ꝯpositam. sicut p3 de substātia q̄ immediate descendit in corporeā q̄ est cōposita et in incorporeā q̄ est simplex. et in s̄bam corporeā descēdit per dr̄am manifestū est. ḡ in s̄bam incorpeā descēdet p dr̄am. ḡ et c. Maior p̄ncipalis p3. q̄ ois dr̄a h3 aliquā dr̄am sibi oppositā. sicut omnis spēs h3 aliquā spēm sibi corr̄ndētē.

Tertio

Tertio sic. om̄e cōe contrahit̄ ad suū inferius. ḡ gen⁹ contrahit̄ ad spēm. et nō p seipsam. ḡ per aliquam dr̄am additā.

Probat̄ p̄ma

Per auc̄tes p̄mo sic. s̄m boeti. spēs dicit totū esse indiuiduoꝝ. nō aūt genus hoc nō posset eē nisi indiuidua in que diuiditur spēs n̄ haberēt dr̄as nō importatas p spēm. et spēs h̄ret dr̄am nō importatā p genus. Cōfirmat̄ h̄. q̄ aut genus dicit totā eēntiā spēi aut partē. si totā. ḡ sicut spēs dicit totū eē indiuiduoꝝ. ita genus diceret totū eē spērū. Si dicit̄ partē. ḡ est aliq̄d in specie nō importatū p genus. et illud nō pōt eē nisi dr̄a. ergo et c. Si autē dicis q̄ genus non dicit totā essentiā spēi nec partē. ergo nō est p̄dicatū substātiale respectū spēi. q̄d est ꝯ ꝯmē. vij. metb.

Scd̄o

Preterea s̄m porphi. dr̄a est qua abūdat spēs a gn̄e. ergo om̄is spēs h3 dr̄am q̄ abūdat a gn̄e. ergo et c.

Tertio

Item auicē. v. metb. c. vi. ꝯstat q̄ ois spēs discrepat ab aliis secū ꝯuenientibus in gn̄e p dr̄am.

Quarto

Itē ibidem dico q̄ genus p̄dicat̄ de specie. ita q̄ sit pars q̄dditatis eius. et p̄dicat̄ de differētia ita q̄ est cōcomitās eā.

Quinto

Item. iij. metb. ēs nō est genus. q̄ caret dr̄a. ergo om̄e gen⁹ diuidit̄ p dr̄as.

Sexto

Itē om̄s auctores docēt inuestigare diffinitiōes rerū p diuisiōes. attribuēdo semp alterū diuidētiū diffinito. quousq3 ꝯueniat̄ ad vltimū. sed illa diuidētia nō p̄nt eē spēs. quia tūc semp in ra lib⁹ diffinitionib⁹ esset nugatio ponēdo spēm sub genere. ergo illa diuidentia erūt dr̄e et habet̄ ꝯpositū.

Septimo

Preterea ois diffinitio ꝯponit̄ ex gn̄e et dr̄a s̄m p̄hm et commē. vij. metb. cōmē. xliij. Sed accn̄tia sūt diffinibilia diffinitōe p̄p̄ie dicta. et certū est q̄ substantie sunt diffinibiles diffinitōne p̄p̄e dicta et oia q̄ sunt in genere sunt substātie vel accn̄tia. ergo oia que sunt in genere sunt diffinibilia diffinitione p̄p̄ie dicta. et p ꝯn̄s componunt̄ ex genere et differētia.

Octauo

Et aūt accn̄tia sint diffinibilia. p̄bat̄ p p̄hm. vij metb. q̄ vnūq̄dq3 sicut se habet ad q̄dditatē. ita ad diffinitionē. s3 accidētia habēt p̄p̄iā q̄dditatē ibidē sine extrinseco. ergo habēt diffinitionē datam precise p intrinseca. et talis est diffinitio proprie dicta. ergo et c.

E Cōtra op. Primo

Contra opinionē arguo primo sic. omnis species est habēs genus et differentiā aliquā secum conuertibilē. ergo species q̄ precise est cōmunis rebus simplicibus habet aliquam differentiā secum conuertibilē. ꝯn̄s est falsum. ergo et antecedēs. consequētia patet. quia aliqua est species precise cōmunis rebus simplicibus. sicut patet de speciebus accidentium et angelorum. Falsitas consequētis patet. quia quero. aut illa species et illa differētia distinguunt̄ tantum in conceptu. ita q̄ nulla distinctio eis in re corr̄ndeat. aut eis corr̄ndet

aliqua distinctio a parte rei. Si p̄mo modo vr̄ sunt ɔceptus synonimi. vel simplr̄ vnꝰ ɔceptꝰ quoꝝ. vtrūq̄ destruit naturā dr̄e ⁊ spēi. q̄d p3 q꞉ ex quo ɔceptus est quasi silitudo rei. nō pōt eē distinctio in ɔceptibus nisi ꝓpter aliquam distinctionē a parte rei. Silr̄ si tales duo conceptus possunt eē eiusdē rei simplicis omino sine oī distinctiōe corr̄ndēte. nō videt̄ possibile dare certū numerū taliū ɔceptuū. ⁊ ita erit infinite dr̄e tales. q̄d est absurdū. Si aūt aliq̄ distinctio rei corr̄ndeat. ⁊ ꝓbatū est ꝑus q̄ oīs distinctio a parte rei in creaturis est realis. ḡ illa spēs nō erit ꝑ se ɔīs rebus simplicibꝰ sed etiā rebus ɔpositis. Pretea oīs ɔceptus importās p̄mo ⁊ p̄ncipalr̄ q̄dditatē rei ⁊ totā q̄dditatē rei p̄dicat̄ de illa. q̄dditate in q̄d strictissime sumpta p̄dicatōe in q̄d. ista est manifesta. q꞉ nō pōt dari aliq̄ rō alia quare aliquid strictissime p̄dicat̄ de re in q̄d. sed spēs p̄dicatur de indiuiduo in q̄d. ⁊ dr̄a nō p̄dicat̄ de indiuiduo in q̄d. sed in q̄le f̄m oēs. ḡ dr̄a nō importat totā q̄dditatē ipsius indiuidui p̄mo ⁊ p̄ncipalr̄ ergo tm̄ importat p̄tē indiuidui p̄mo ⁊ p̄ncipalr̄. ⁊ ꝑ ɔ̄ns illud indiuiduū erit ɔpositū.

pater ⁊ filiꝰ spirãt omĩno vniformiẽ. s. s. Et nõ. qꝛ q̃ñcũqʒ sunt duo ꝑncipia respectu eiusdẽ ꝓducti quorũ vnũ ẽ prius alio nõ vniformiter ꝓducũt. qꝛ prius: ꝑus producit q̃ posteriꝰ. ſ pater ẽ prior filio. ḡ ꝑus ꝓducit. s. s. q̃ filiꝰ. ḡ nõ omĩno vniformiter. Ad oppositũ. illa q̃ sunt precise vnũ ꝑncipiũ ꝓducũt omĩno vniformiẽ. ſ pater et filiꝰ sunt oĩno vnũ ꝑncipiũ spirans. s. s. ḡ ⁊c̃. Ad istã. q. dicit ꝙ actus põt cõsiderari tripliciter. vel in se vel inquãtũ est termini. vel inquãtũ cõparaẽ ad supposita agentia. Primis duobꝰ modis ẽ vniformitas omĩmoda vel potiꝰ vnitas. qꝛ verissime vnꝰ actus ⁊ vnꝰ terminꝰ ꝓductꝰ. Tertio mõ loquẽdo. sicut ipa vis spiratiua cõicaẽ filio a patre. ita etiã ꝙ filiꝰ spiret hoc habet a patre. ⁊ ita pater spirat a se: filius autẽ non a se. Veruñtñ nõ ẽ similis ordo inter patrẽ generãtẽ ⁊ spirantẽ. sicut ẽ inter patrẽ spirãtẽ ⁊ filiũ spirãtẽ. Vñ nõ ẽ intelligendũ ꝙ paẽ spiret añq̃ filiꝰ spiret. sicut priꝰ origine paẽ generat q̃ spirat ꝓpter ordinẽ ꝑncipiorũ i producẽdo qꝛ tũc filiꝰ nõ spiraret queadmodũ. s. s. nõ põt generare filiũ iã ꝑ intellectũ generari. ſ ẽ iste ordo: ꝙ in patre ẽ ꝑmo fecũditas vtraqʒ a se. secũdo in patre ẽ actꝰ ꝑme fecũditatis. ⁊ tũc in filio ẽ scõa fecũditas. Tertio actꝰ scõe fecũditatis siẽ a p̃re ⁊ filio habẽtibꝰ tũc illã fecũditatẽ. adhuc tñ cũ aliquo ordine. qꝛ ille actꝰ ẽ p̃ris a se. filij aũt ñ a se ſ a p̃re. sic nec i scõo signo ẽ illa fecũditas filij a se ſ p̃ris a se. Nõ ẽ ḡ ordo originis inter spirationẽ p̃ris ⁊ filij quasi spiret paẽ in aliquo signo originis in quo nõ spiret filiꝰ. ſ in eodẽ signo originis siẽ spirãt. ẽ tñ ibi ordo spirãtiũ in spirãdo ꝙ pr̃ in illo signo originis spirat a se. filiꝰ nõ a se. Cõtra istã opinionẽ sunt aliqua argumẽta facta superiꝰ di. ix. quibꝰ ꝓbaẽ ꝙ nõ sunt talia signa ⁊ istãtia originis. Arguo eñ nũc in speciali ꝑmo sic omẽ suppositũ qd̃ nihil penitꝰ habʒ ab alio hʒ in ꝑmo signo originis q̃cq̃d haber ponẽdo ꝙ essent talia signa. ſ pater nihil penitꝰ habet a filio. nec ab aliquo alio. ḡ in ꝑmo signo originis habʒ q̃cq̃d habere põt. ḡ in ꝑmo signo originis spirat. ſ per te filiꝰ nõ spirat in primo signo originis. ḡ in aliquo signo spirat pater in quo nõ spirat filiꝰ qd̃ negas. Si dicaẽ ꝙ pr̃ nõ spirat in ꝑmo signo originis nec tũc hʒ spirare. nõ tñ hʒ spirare ab alio. ſ sufficit ꝙ habʒ spirare cũ alio qd̃ nõ ẽ in ꝑmo signo originis.

C Contra opi.

Evasio

Cõtra. q̃cquid pater habʒ a se hʒ in ꝑmo signo originis. ſ paẽ haber spirare a se. ḡ ⁊c̃. minor ẽ manifesta. maiorẽ ꝓbo. qꝛ impossibile ẽ inuenire ꝑus ⁊ posteriꝰ origine sine origine. sicut impossibile ẽ inuenire ꝑus ⁊ posterius duratione sine duratõe. ⁊ ꝑus ⁊ posteriꝰ ꝑfectiõe. sin ꝑfectõe. ⁊ sic oibꝰ d̃ alijs. ḡ si gñare ẽ i ꝑmo signo originis ⁊ nõ spirare. ⁊ spirare ẽ in scõo signo originis. ḡ necesse ẽ ponere aliquã originẽ ꝑ quã fiat spirare in patre. ⁊ ꝑ ꝯñs pater ꝑ originem haber spirare. ⁊ ꝑ ꝯñs nõ a se. Ex isto sequiẽ ꝙ nõ ẽ bene dictũ ꝙ in patre in ꝑmo signo originis est fecũditas vtraqʒ. in scõo actus ꝑme fecunditatis. qꝛ nihil ẽ adhuc originatũ. ſ originatũ inest posteriori signo. Ideo dico ad q̃stionẽ ꝙ vniformiter põt excludere oẽm originẽ in personis ꝓducentibꝰ inter se. vel omnẽ ordinẽ ꝑsonarũ ꝓducẽtiũ in ꝓducẽdo. Primo mõ dico ꝙ nõ spirãt omĩno vniformiter. qꝛ inẽ ꝑsonas ꝓducẽtes ẽ ordo ꝙ pater ẽ ꝑor filio sicut dictũ ẽ alias. si aũt excludat omnẽ ordinẽ ꝑsonarũ ꝓducẽtiũ in ꝓducẽdo. ita scʒ ꝙ i nullo signo vel istãti vel quocũqʒ ymaginabili distincto a ꝑsonis ꝓducẽtibꝰ spiret vna ꝑsona i quo nõ spiret alia. sicut aliq̃ ymaginãtur ꝙ in aliquo signo originis spiret pr̃ i quo nõ spiret filiꝰ. sic dico ꝙ spirãt omĩno vniformiter. qꝛ oĩno hñt illud vnũ videlicet cõstitutũ ex diuina essentia ⁊ spiratõe actiua cui cõpetit ꝑmo spirare. Et si dicaẽ ꝙ quãtũcũqʒ illud vnũ sit i patre ⁊ filio: nõ tñ ẽ vniformiter in patre ⁊ filio qꝛ in patre ẽ a se. in filio nõ a se ſ a p̃re. ḡ nõ spirãt vniformiẽ. sicut nõ hñt ꝑncipiũ vniformiter. Respondeo ꝙ nõ seq̃tur nõ hñt ꝑncipiũ vniformiter. ḡ nõ spirãt vniformiẽ. sicut nõ seq̃ẽ. a. habet ꝑncipiũ ꝓductiuũ alicuiꝰ effectus ꝑusq̃. b. ḡ. a. ꝑus ꝓducit illũ effectũ q̃ b. qꝛ cũ antecedẽte ꝓpter aliquod impedimẽtũ stat ꝙ in aliquo instanti vel tẽpore b. ꝓducit effectũ ⁊ non. a. sicut si sint due cause eq̃ue respectu eiusdẽ effectus. quarũ tñ vna ꝓducitur ab altera. ⁊ ꝑ ꝯñs vna est ꝑor altera. possibile est ꝙ scõa cã ꝓpter approximationẽ sui ad passum ꝓducat effectũ suũ. ⁊ causa ꝑor nõ producat propter distantiã indeterminatam a passo: vel propter aliquod impedimentum.

Reprehensio

D Responsio ad q. ꝑ auctorem

Instatur

E Respondetur

Eodē modo dico q̄ quātūcunq̄ vna causa sit ab alia ⁊ nō ecōuerso. ⁊ sint p̄cise cause partiales respectu eiusdē effect⁹ si simul approximētur passo. nō p̄us p̄ducet cā prior q̄ posterior. imo possibile est q̄ aliquā p̄oritate hēat aliaꝫ q̄ habet cā posterior ad cām priorē. puta si cā posterior sit p̄fectior tā in essendo q̄ in agēdo. sicut possibile est q̄ effect⁹ sit p̄fectior sua causa. possibile ē q̄ posterior causa p̄us agat hoc ē p̄fectius. ⁊ ita ex ordine causatū inter se nō cōtingit inferre cōsimilē ordinē in causando. ita dico q̄ est in p̄posito q̄ quātūcūq̄ pater ⁊ filius habeant ordinē inter se. nō tñ habent ordinē in p̄ducendo quasi in aliquo signo vel in quocūq̄ alio ymaginabili nō eodē cū patre vl̄ filio spiret pater ⁊ non filius.

Instātur Et si dicas q̄ pater p̄us origine spirat q̄ fili⁹. quia pater hꝫ spirare a se. filius nō a se.

Respōdetur Respōdeo. si p spirare p̄us origine nihil aliud intelligat̄: nisi q̄ pater habet spirare a se ⁊ fili⁹ nō a se. sic cōcedo q̄ pater p̄us origine spirat q̄ filius. s̄ tñ nō p̄us origine generat q̄ spirat. q̄r pat̄ sicut habet generare a se. ita habet spirare a se. cū ista tñ p̄oritate stat ordo p̄sonaruꝫ inter se p̄cise sine oīmi ordine in p̄ducendo. ⁊ isto mō intelligunt oēs sancti: videlicet beat⁹ augustin⁹ qñ dicit: q̄ spūssanct⁹ p̄ncipalr̄ p̄cedit a p̄re. Similiter hiero. q̄ spūssanct⁹ p̄cedit a patre p filiū. ⁊ idē dicit hil. silr̄ Rich. qñ dicit: q̄ spūssāctus p̄cedit a patre mediate ⁊ īmediate. a filio aūt īmediate tm̄. oēs eñ ītelligūt: q̄ pater a nullo habet q̄ spiret. ⁊ ita p̄ncipaliter et nō p aliū. fili⁹ aūt habet spirare ab alio ⁊ ita non p̄ncipalit̄. q̄r nō a se s̄ p aliū q̄r p patrē tanq̄ p p̄ncipiū cōicans sibi spirare. ⁊ q̄r non p̄ducit aliquē spirantē. s.s. ideo p̄ducit tm̄. s.s. imediate. Pater aūt q̄r nō tm̄ p se ⁊ p̄prie p̄ducit. s.s. s̄ etiā p̄ducit p̄ducentē. s.s. nō tm̄ p̄ducit. s.s. īmediate s̄ etiā mediate.

B Ad principale Ad argumētū p̄ncipale p̄ꝫ q̄ quātūcūq̄ duo quorū vnū ē p̄us alio p̄ducāt idē p̄ductū: nō oportet q̄ nō vniformiter p̄ducāt. nec opꝫ q̄ p̄ncipiū p̄us p̄ducat nisi s̄m q̄ excludit vniformiter ordinē p̄sonarū p̄ducentiū. ⁊ concessum est q̄ oēs spirāt vniformiter. Distinct. xiij. Questio vnica.

Distinctio XIII

A Questio. I *Arguitur primo.*

Circa distin-

ctioneꝫ tredecimā quero. Utrū generatio filij sit spiratio. s.s. Uidetur q̄ sic q̄r omia sunt vnū s̄m boetiū vbi nō obuiat relatōis oppositō. s̄ inter generationē ⁊ spirationē nulla est oppositio. g̃ ⁊c.

Secundo Preterea omē p̄ductuꝫ qd̄ de substantia viua p̄ducit̄ vere generat̄. s̄ spiritussanct⁹ vere p̄ducitur de substantia patris. g̃ vere generat̄. minor p̄ꝫ. q̄r aut p̄ducit̄ de aliquo aut de nihilo. nō de nihilo. q̄r tūc crearetur. ⁊ nō de aliquo nisi de substātia patris. g̃ ⁊c.

Tertio Preterea si p̄ductio. s.s. nō esset generatio hoc nō esset nisi q̄r p̄ncipiū ipsi⁹ est volūtas. s̄ hoc nō obstat. q̄r etiā in nobis illud cui⁹ p̄ncipiū est volūtas vere generaret̄. q̄r actus ⁊ habit⁹ ipsius volūtatis ita vere generāt̄ sicut vere actus ⁊ habitus ipsi⁹ intellect⁹. g̃ similit̄ in diuinis illud cui⁹ volūtas est p̄ncipiū v̄e generatur.

In oppositū Ad oppositū. si spiratio esset generatio. s.s. vere eēt genit⁹ cui⁹ cōtrariū dicit̄ in symbolo. q̄r spūssanct⁹ a patre ⁊ filio nō fact⁹ nec creatus nec genitus: s̄ p̄cedēs.

B Difficultates In ista questione sūt multe difficultates.

Prima Prima an generatio actio et spiratio actio sint idē oībus modis:

Scd̄a Scd̄a an generatio ⁊ spiratio passio differunt realiter.

Tertia Tertia supposito q̄ distinguātur realiter: p quid distinguātur.

Quarta Quarta quare p̄ductio. s.s. q̄ dicitur spiratio non pōt vere dici generatio sicut p̄ductio filij vere est generatio. De p̄ma difficultate patebit alias. De secūda aliquid dicrā est prius. De tertia ⁊ quarta aliquid dicetur i ista questione: q̄uis de tertia pateat ex dictis in p̄cedentibus difficultatibus.

C Circa tertiam Et ideo omissis multis opinionibus circa illā tertiā difficultatē dico breuiter: q̄ iste p̄ductiōes seipsis formaliter distinguūtur nec aliquā distinctionē sine q̄ non possunt distingui presupponūt. q̄r si aliquā p̄supponerent maxime presupponerent distinctionē p̄ncipiorꝫ eliciriuorꝫ. s̄ illā nō presupponūt nec etiā coexigūt: q̄r non est incōueniens ideꝫ principiū elicitiuū esse principiuꝫ elicitiuū distinctarū productionū.

D Circa quartū questionē Circa quartum articulū dicitur q̄ generatio et spiratio differūt per hoc q̄ intellectus vel natura est p̄ncipiuꝫ p̄ductiuū actiue per impressionem ⁊ informationem. et ideo p̄ductio talis vere dicitur generatio. s̄ illud quod p̄ducitur mediante voluntate tanq̄ principio elicitiuo. nō producit̄ per modū impressionis vel informationis. sed quasi per quādam excussionē siue expulsionē aut progressum. aut magis proprie loquendo per quādam expressionē de eo de quo subiectiue p̄ducitur. ⁊ hoc ad modū quo spiritus corporalis qui est aer si in nobis nō attraheretur ad pulmonē per inspirationē. s̄ aliqua virtute existente in ipso pulmōe excuteret̄ per expirationē de pulmone. ⁊ p hoc daret ei esse. ⁊ est quodāmodo sic̄. p̄ter hoc q̄ spūs corporalis q̄ ē aer spirat⁹ tali spiratiōe separ̄ a spirāte ⁊ ab eo d̄ quo spirat̄.

E Improbatur Sꝫ ista opinio nō ē rōabil̄: imo videt̄ c̄dictionē includere. q̄r impossibile

est aliqd pduci de aliquo subiectiue nisi p impressionē vel informationē. s.l.s. pducit de aliquo subiectiue sz istū. g. 7c. maior ē manifesta qz imprimere formā i materia nō ē aliud q̄ facere formā cē i materia. s oīs forma pducta d aliquo subiecto vl' materia necessario fit i subiecto illo vel materia. g necessario imprimit. 7 p pñs est ibi pductio p modū impressionis.

Preterea oīs forma educta de potētia alicui9 subiecti vl' materie informat illā materiā qz sicut nūq̄ ē subiectū qn de eo pducitur forma nisi informetur. ita nec forma nisi iformet. g cū in pductiōe. s.l. fit eductio alicui9 de materia vel quasi materia: erit ibi pductio p modū informationis. Preterea exemplū suū ē ad oppositū. qz si aer vere pducit a pulmōe siue intra siue extra necessario erit pductio p informatiōez. qz cū nō sit vera creatio oportet q forma pducta vere informet materiā. igit v̄e est ibi informatio. Si dicatur q q̄uis sit ibi iformatio qua forma informat suā materiā: tm̄ nō est ibi iformatio illi9 de quo excutit. qz aer pductus nō informat pulmonē de quo excutitur. Cōtra: qn dr̄ q ibi nō est informatio illius de quo excutit. aut de ibi dicit circūstantiā cause materialis. aut cause efficientis. si cā material'. sic nō excutit de pulmone. qz pulmo nō est materia. si cāe efficientis sic sequeret q sol 7 vl'r oē agens pducens aliqd extra se 7 nō in se nō pduceret p modū informatiōis. qz nihil ibi pductū informaret ibi illud de quo ē effectiue. Ex isto pz q nūq̄ fit excussio alicui9 de aliquo sm qd excussio distinguit a generatione. nisi qn aliqd p̄existēs pellit localiter ab illo cū quo p̄us existit. et iō excussio talis nō ē pductio s est motus localis. qz pulsio est spēs mot9 localis. qz p°bs. vij. p°bi. numerat pulsionē inter alios mot9 locales. Ideo quātū ad istū articulū distinguo primo de generatione q pōt accipi stricte 7 large. Large accipiēdo gñatio ē pductio cuiuscūq3 nō d nihilo. 7 isto mō qn pductio est nō de nihilo. si in tali pductione concurrat subiectū vel materia necessario ē ibi pductio p informationē 7 impressionē. qz necessario forma imprimit materie 7 informat eā. s qz in diuinis nō est aliquod subiectū vel materia. iō nulla est ibi pductio p modū impressionis vel informatiōis. Aliter accipitur generatio stricte p pductione viuētis a viuente: qua viuēs rōne sue pductiōis pducitur vt totalit' simile et eiusdē rōnis cū pducēte. saltē quātū ad oīa. et cepta ipa sola pductione. 7 istud pprie dr̄ nasci. Et isto modo pōt aliquo mō q̄uis imperfecte 7 obscure in enigmate videri distinctio inter generationē verbi 7 pcessionē. s.l.s. 7 quare pcessio. s.l. nō dicat gñatio q̄uis sz beatū augustinū. xv. d tri. plene distinguere inter illas pcessiōes nō ē nobis possibile p isto statu. Quia aūt mēs nostra facta est ad ymaginē dei. ideo ex illis q sunt in mente nostra possum9 aliquo mō assurgere ad cōcipiendū illa q sunt in deo q̄uis magis sit dissimilitudo. Et ideo videndū ē p°mo de mente nostra. Scdo aliquo mō cōsimiliter ē ymaginādū de deo. Circa p°mū sciendū ē q nō obstante idētitate intellect9 7 volūtatis. tn̄ act9 intelligendi 7 volendi sunt distincti. 7 iō volo vti intellectu 7 volūtate p vt connotāt istos act9 ppt quā cōnotationē aliqd pōt attribui intellectui 7 a volūtate negari. sm modū alibi exponēdū. Est g sciēdū q intellect9 nr̄ p°mo intelligit intuitiue aliqd singulare realit' existens. quo intellecto pōt idē intellect9 fingere aliqd cōsimile p̄us itellecto. s illud sic fictū nō poterit habere eē subiectiuū. s tn̄ esse obiectiuū. 7 iō non pducit in esse subiectiuo s tm̄ in esse obiectiuo. 7 ideo illud sic fictū ē tm̄ tale quale fuit p̄us itellectū in esse obiectiuo. 7 nō in eē subiectiuo. 7 erit quasi ymago simillima rei p̄us intellecte in eē obiectiuo. intm̄ q si intellectus haberet vim pductiuā realez sicut habet vim fictiuā. illud pductū vere eēt eiusdē rōis cū illo p̄intellecto: 7 ymago simillima ei. sicut fili9 alicui9 patris dicit ymago 7 similitudo ipsi9. et ita si intellect9 intelligēdo seipm haberet vim pductiuā talis similis sic habet vim fictiuā talis similis. 7 vere posset pducere tale de seipso tāq̄ de aliquo essentiali illi simili. vere haberet ipm generare strictissime accepta generatione. Sed aliter est de volūtate. qz voluntas diligendo aliqd obiectuz nō habet virtutē pductiuā alicuius similitudinis. nec etiā vim fictiuā alicuius similitudinis. 7 ideo volūtas nostra nūq̄ tale simile nec in esse obiectiuo nec in esse subiectiuo pōt pducere. s voluntas nostra posita tali dilectiōe habet vim donatiuaz qua pōt aliquid donare ipi obiecto 7 si nō sit aliquid p̄existēs qd possit dare obiecto si pōt producit aliquid donabile ipsi obiecto. quod quidem donabile ratione qua est donabile a voluntate non plus ē simile obiecto q̄ dissimile. imo magis i nobis est dissimile q̄ simile. et ita volūtas nostra non habet ex se virtutem donatiuam similis quin ita possit dare dissimile sicut simile. s intellectus noster necessario habet vim fictiuaz similis 7 nullo modo dissimilis. et ita necessario ex hoc ipso q aliquid fingitur ab itellectu ē sile. nō aūt necessario ex h̄ q aliqd donatur a voluntate est simile. sed pōt esse dissimile.

4 [illegible]

[illegible]

5 Generatio capit' dupl'r

D De mente hūana

3 Duo disquirit

Circa primū

Istud de eē ficto dicit̃ sm opinionē q̃ pe nit fi cta. sm alias opiniōes esset ꝓpōtie nab. lit̃ di cendū de ipa intellectōe vl' aliquo facto p actū intellect⁹. Ex quo ptz q̃ intellect⁹ noster ⁊ vl' intellect⁹ creat⁹ p̄ habēs actū intelligēdi habz vim fictiuā sil'is. ⁊ si haberet potestatē ꝓducē di realit̃ illud qd̄ fingit. illud ꝓductū vere eēt sil'e obiecto p̄ intellecto. ⁊ nullo mō posset ꝓdu cere nisi simile p̄ intellecto. volūtas aūt nostra nō habz vim donatiuā similis pl⁹ q̃ dissimilis imo p̄ amato ita posset donare simile sicut dis simile ⁊ ecōuerso. ⁊ si posset virtute illi⁹ amo ris amati nō tm̄ donare aliqd̄ donū p̄ amato: s etiā ꝓducere illud donū. ex hoc q̃ ꝓduceret a volūtate virtute amoris p̄existētis. nō plus eēt sil'e obiecto amato q̃ dissimile. Ex istis possum⁹ aliquo mō licet impfecte ymaginari in diuinis quare spiratio. s. s. nō sit generatio. qz q̃uis volūtas diuina ⁊ intellect⁹ diuin⁹ nul lo mō distinguat̃. nec iter se nec ab essentia di uina. tm̄ essentia diuina vere ⁊ realit̃ ē nō tm̄ i tellectio ⁊ volitio. s intelligēs ⁊ volēs. ⁊ vere intelligit seipam ⁊ vult seipam. ⁊ intelligēdo seipam vere ē p̄ncipiū ꝓductiuū filij tāq̃ ali cui⁹ qd̄ ē simillimū ipi patri itellecto. nō tm̄ p̄ intellecto sicut ē in nobis. ⁊ qz sic ꝓductū ē simillimū: opz q̃ distinguat̃ realr̃ ab illo qd̄ ꝓ ducit. ⁊ nō pōt distigui in aliquo absoluto. qa tūc nō eēt simillimū. iō oportet q̃ distinguat̃ ipamet ꝓductiōe passiua. ⁊ ita ꝓductio illa ē ꝓductio viuētis de viuēte. qz ex hoc ipo q̃ ꝓ ducit̃ p̄mo ⁊ imediate virtute intellectōis ob iecti cogniti. ⁊ nō ē formalit̃ volitio nec intel lectio ꝓducit̃ vt sil'e obiecto cognito. scz ipi ꝓ ducēti. ⁊ ita vere ē generatio stricte accipien do generationē. Sz alit̃ ē de spūsancto. Naz ipe spūssanct⁹ ꝓducit̃ virtute volitionis q̄ q̃ uis sit eadē formalit̃ cū diuina essentia ⁊ intel lectione. tm̄ vere pōt eē p̄ncipiū donādi aliq̄d dilecto. ⁊ diuina volitio nō tm̄ pōt eē p̄ncipi um donādi aliq̄d dilecto. s etiā pōt eē p̄ncipi um ꝓducendi donū. qd̄ quidē donū ex hoc ip so q̃ est donū nō ē sil'e. sicut declaratū ē: q̃uis ex hoc ipo q̃ ꝓducit̃ in eadez essentia sit sil'e. iō stricte accipiēdo generationē. ꝓductio. s. s. q̄ ē donū patris ⁊ filij nō ē generatio. qz nō ex hoc ipo q̃ ē donū. ꝓductū ē viuēs sil'e viuenti amato. Hec sint dicta sine p̄iudicio sentētie melioris. qz ad inuestigādū distinctionē inter generationē ⁊ spirationē. ⁊ quare spiratio nō sit generatio. scio me totalit̃ isufficiētē. Verū tm̄ quomodo. s. s. sit donū ⁊ cui donet̃. dis. xviij dicet̃. Per predicta dico ad questionez: q̃ spiratio. s. s. nō ē generatio filij. qz iste ꝓductio nes passiue distinguūt̃ sicut ipe ꝓductā. s iste

K
Circa scdm

Z
Rñsio ad q.

p̄sone ꝓducte realiter distinguūtur. s̄ ⁊ ipe ꝓ ductiones. Ad p̄mū p̄ncipale dico q̃ gñā tio ⁊ spiratio actiue sumpta nō distinguūt̃ re aliter. s accipiendo generationē ⁊ spirationē passiue. sic realiter distinguūtur. Et ad ꝓba tionē dico: q̃ nō tm̄ relationis oppō inter corre latiua sufficit ad distinctionē realē in diuinis s etiā incōpossibilitas i eadē persona sufficit ad distinctionē realē. ⁊ iō qz generatio actio ⁊ spiratio actiue sumpta sunt in eadē p̄sona nō distinguūtur realiter. s gñātio ⁊ spiratio passi ue sumpta nō cōpatiunt̃ se in eadē p̄sona. qz i possibile ē q̃ eadē p̄sona sit generās vel gene rata ⁊ spirata. iō generatio ⁊ spiratio passiue sumpta nō cōpatiūtur se i eadē p̄sona. ⁊ qz im possibile ē q̃ eadē p̄sona sit generās vel gene rata ⁊ spirata. iō generatio ⁊ spiratio passiue sumpta realiter distinguūtur. Ad scdm p̄n cipale dico q̃ q̃uis spiritussanct⁹ vere ꝓduca tur de substātia patris. qz tm̄ vere exit a patre vt donū vel datus. ⁊ iō vt sic nō dicit̃ vere ge nerari: s ꝓduci vel spirari. qz nō est de ratione doni esse simile obiecto amato vel dilecto. et hoc ē qd̄ dicit beat⁹ augustin⁹. q̃ exit a patre nō quomodo nat⁹ s quō dat⁹. Et si dicat̃ q̃ q̃ uis donū ex hoc q̃ donū nō ē simile. tm̄ hoc do nū qd̄ ē. s. s. vere ē simile obiecto dilecto. iō q̃ uis non rōne qua donū possit dici generari. tm̄ ratiōe qua hoc donū vere poterit dici genera ti. Respōdeo q̃ nō ē assignare rationē suffi cientē quare ꝓductio. s. s. nō dicat̃ generatio. ⁊ hoc ꝓ statu isto. tm̄ hoc ē credendū ⁊ aliqua lis rō dicta est prius. ⁊ tenendū q̃ etiā rōne q̄ hoc donū nō potent vere sua ꝓductio dici ge neratio. ⁊ assurgendo a creaturis: nō debem⁹ creaturā oīno excludere: quin aliquo mō ꝓ portionabiliter dicam⁹ in deo sicut videm⁹ in creaturis. Ad tertiū dico: q̃ accipiēdo gñā tionē p̄mo modo ⁊ large habitus et actus ip sius voluntatis vere generantur sicut habit⁹ ⁊ actus ipsius intellect⁹. s secūdo mō nec isti nec illi generantur. qz nō nascuntur. Unde si cut nō est dicendū q̃ ignis ab igne nascit̃. ita nec ē dicēdū q̃ ignis generat̃ ab igne accipiē do gñātionē scdo mō. Dis. xiiij. Questio. p̄ma

M
Ad p̄mū p̄ncipale

N
Ad scdm

Instantia

O
Rñsio

P
Ad tertiū

Distinctio XIIII

Circa distin-

ctionem decimāquartaz quero p̄mo. Utrū spiri tuisācto cōpetat duplex processio: scz temporalis et eterna. Et non. qz ois processio. s. s. est. s. s. productio. s spiritusancto non cōpetit duplex ꝓductio. quia tunc bis ꝓ duceretur: quod manifeste est falsuz. ergo ⁊c.

A
Questio. I

Q nō. p̄mo

Preterea. aut ꝓcessio tēporalis differt realiter a ꝓcessione eterna. aut nō. si sic ⁊ nō differt sicut res absoluta. ergo sicut relatio. ⁊ relatio realis nō pōt eē ipius spūsſcī ad creaturā. ergo erit ad patrē ⁊ filiū. ⁊ ꝑ ꝯñs esse duplex relatio realis spūsſcī ad patrē ⁊ filiū. qđ est manifeste fſm. Si nō differt realiter. ergo tm̄ differt ſm rōez. ⁊ ꝑ ꝯñs spūsſctūs nō ꝓcederet ꝓcessione tēporali sed tm̄ ſm intellectū. ⁊ ꝑ ꝯñs nō daret realiter. qđ est falsuz. Preterea. sicut generatio ad filiū. ita ꝓcessio ad spm̄sctm̄. sed filius nō pōt generari tēporaliter nisi naturaz creatā assumeret in vnitatē ꝑsone. ergo spūsſctūs nō pōt ꝓcedere tēporaliter nisi naturā creatā in vnitatē ꝑsone assumat. sed spūssanctus nō assumit talez naturā creatā. ergo ⁊c. Ad oppositū est magister in littera. Difficultas istius distinctiōis et duarū sequētiū videtur mihi magis logicalis esse ꝓpter significata vocabulorum que sunt ad placitū. ꝙ realis. q2 de re nō sunt multe opiniones apud theologos. Jdeo primo videndum est de re. Scđo de modo loquēdi. Quātū ad primū manifestū est ꝙ quelibet ꝑsona est causa efficiēs ⁊ finalis cuiuslibet creature. Scđo manifestū est duas ꝑsonas ꝓcedere ⁊ duas ꝑsonas ꝓducere. sicut pater ⁊ filius ꝓducūt spm̄sctm̄. ⁊ pater ꝓducit filiuz. Tertio manifestuz est ꝙ quelibet ꝑsona pōt esse causa alicuius doni spiritualis in creatura rationali. ⁊ pōt causare nō tm̄ dona gratis data. ſ etiā donū gratū faciēs. Quarto manifestū est filiū incarnari. ⁊ nō aliā ꝑsonā. Quinto manifestū est quālibet posse esse paratā ad faciēdū quicqd ab eo petit rationabiliter creatura rationalis. Ex istis dico ad q̄stionē. ꝙ ꝓcedere ſm vsum sanctorum dicit aliqd vel aliqua ꝑdictorum. ⁊ quia in potestate vtētiū est vocabula significare hec vel illa sicut placet. iō dico ꝙ aliqn̄ ꝓcessio accipitur pro ꝓductōe passiue dicta vnius ꝑsone ab altera. aliqn̄ aūt iportat talē ꝓductionē cōnotādo vel cōsignificādo illā ꝑsonā de nouo existentē in aliq natura rōnali ſm modū aliquez determinatū. de quo post dicetur. Et si vsus sanctorum esset. ꝙ ꝓcedere iportaret talē ꝓductionē vnius ꝑsone ab alia ⁊ nouaz suā existentiā in quacūqz creatura. nō ꝓpter nouitatē creature ita posset dici ꝙ spūsſanctus ꝓduceret tēporaliter qn̄cūqz creatura creatur sic modo dicitur ꝙ ꝓcedit tēpaliter. qa datur alicui creature rōnali ad ipam sanctificandā. q2 tunc spm̄sctm̄ ꝓcedere nō esset aliud ꝙ spm̄sctm̄ ꝓduci a patre ⁊ filio. ⁊ de nouo vel ex tēpore esse in creatura de nouo creata. Per hoc dico ad questionez. ꝙ de vtute sermōis nō debet ꝯcedi ꝙ spūssancti ē duplex processio. vel ꝙ spiritussancti due sunt ꝓcessiōes. q2 nō debet ꝓprie ⁊ stricte loquēdo cōcedi ꝙ ꝓcessio tēporalis. s.s. ē vna. q2 si eēt vna. vel eēt vnū ens rōnis. vel vnū ens reale. vel aliqd cōpositū ex vtroqz. Primuz nō pōt dari. q2 si nullū eēt ens rōnis. ⁊.s.s. daret creature rōnali seipm vere ꝓcederet tēporaliter. ⁊ eñ sic nullū ens rōnis eēt illa ꝓcessio. Similiter ꝓpter ens rōnis nō pōt dici: ꝙ.s.s. ꝓcedit realiter: licet.s.s. dicitur realiter dari ex tpe. ⁊ ꝑ ꝯñs realiter ꝓcedere ex tpe. ergo illa ꝓcessio nō est ens rōnis. Nec scđm pōt dari. q2 nihil vnū nisi forte cōplexū cōponitur ex ente reali ⁊ ex ente rōis tm̄ tenēdo modū loquendi q ponit ꝙ pro eodē supponit respectiuū cōcretū ⁊ abstractū debz dici ꝙ ꝓcessio tēporalis ē vna. sicut ꝓcedens tēporaliter ē vnū. ſ tūc nō sunt due ꝓcessiōes sicut nec duo ꝓcedētes. verūtm̄ ſm intētionē sanctorum ⁊ loquētiū. vbicūqz sunt aliqua plura denominātia: quorum vnū pōt vere denominare alio nō denominānte. cōceditur pluralitas vere ꝑdicari de abstractis illorum denominātiū. quātūcūqz illa abstracta nō significēt aliqua ꝓpria significata. ita ꝙ de vno aliquid illorum vere ꝑdicetur. ſ sunt ſm significationē aliquibus cōplexis equpollentia. de qbus dictū est prius. Sic pōt ꝯcedi ꝙ.s.s.ē duplex ꝓcessio scz eternalis ⁊ tēporalis. q2 tā eternaliter ꝙ tēporaliter ꝓcedit. ⁊ sic itelligūt sancti qn̄ loquuntur de ista materia.

 Et si q̄ratur. an sunt due ꝓcessiones reales. Pōt dici ꝑz eūdē intellectū ꝙ sūt due ꝓcessiones reales. q2 de eterna nō est dubiuz. De tēporali pōt ꝯcedi: ꝙ illa ē realis. sicut em̄ dicitur ꝙ realiter ꝓcedit ex tēpore: ita pōt cōcedi illa ꝓcessio eē realis. q2 nihil aliud itelligo ꝙ illa ꝓcessio tēporalis sit realis: nisi ꝙ.s.s. ex tēpore realiter ꝓcedit: sicut em̄ cōceditur ꝙ deus creat realiter. ⁊ ita ꝙ creatio dei ē realis eodē mō deus realiter dn̄atur. et ꝙ dn̄iū est reale. ita pōt cōcedi in ꝓposito. Si dicatur. si illa ꝓcessio sit realis. ergo vel ē res absoluta vel relatio. ⁊ q̄cquid dicatur. pz ꝙ aliquid reale de nouo deo cōueniret. Dico sicut prius ꝙ illa ꝓcessio nō est ꝓprie res sicut nec creatio. ſ dicitur realis ſm modū loquēdi. nō q2 aliqua res sit illa processio. ſ q2 realiter ꝓcedit. ⁊ hoc non est aliud nisi.s.s. realiter eē a ꝑsona ipm ꝓducente. ⁊ realiter de nouo ſm aliquē modū eē in creatura.

 Ad primū principale dico ꝙ nō omis ꝓcessio s.s. est ꝓductio.s.s. Uerūtm̄ istud nomen ꝓcessio et similiter conceptus sibi correspondens cōnotat vel significat ꝓductionē.s.s. ſ nō est ipsa. Ad scđm dico ꝙ pōt cōcedi ſm intentionē sanctorum: ꝙ processio temporalis differt realiter ab eterna. nō quia sit alia res talis cōueniēs deo. sed quia hoc nomen importat ali-

quā verā rem differentē realit a deo:ipam sez creaturā absolutā. Ad tertiū dico. q nō simi liter se habēt generatio ad filiū. et processio ad spūsctm. qa pcessio cōnotat creaturā etiā nō assumptā. nō sic aūt generatio. Questio. ij.

Ad tertium

B Questio II

Secundo quero.

S

Utrū spūsctūs detur in ppria psona an tm̄ sm dona sua. Et nō in psona nisi per dona sua. q: qn̄ aliqd cōpetit alicui et nō per alterū. illud pōt sibi cpetere etiā illo altero circūscripto. ergo si dari cōpeteret spūsctm p se et nō tm̄ p dona sua. dari possz cōpetere spūsctō. etiā si nullū donū suū donaretur. sed hoc est ipossibile. qa ipossibile est trāsire de cōtradictorio in ɔtradictoriū sine oī mutatiōe. ergo si spūsctūs primo nō datur et postea datur. oportet hoc esse p aliquā mutationē. sed ista non pōt esse in spūsctō. g oportet q sit in creatura. sed nō pōt esse in creatura nisi aliquod donū recipiat de nouo. g et c. Preterea. frustra fit p plura qd pōt fieri p pauciora. s ad vitā eternā sufficit q dona spūsscti dent. ergo supfluit q ipemet spūsctūs detur. Ad oppositū est magister in littera. Circa istā questionez sic pcedā. Primo videndū est. quomō ista tria. pcessio. missio. datio. de quib9 loquit magister in istis distinctionib9 distingunt. Scdo ostendēdū est q spūsctūs datur in ppria psona. Tertio q datur in suis donis. Quarto in quibus donis. Circa primū dico. q intēdo loqui de istis vocabulis pricipalit. Et dico q sic distingunt. q pcessio de qua loqmur est in pl9 q̄ missio. et non in minus q̄ datio nec in plus. Primū ptz. q: quecūq psona mittit illa procedit. sicut post patebit. aliqn̄ tm̄ psona pōt pcedere q̄uis nō mittat. q̄uis posset mitti. sic patet q filius eternalit pcessit a patre. nō tm̄ eternaliter mittebat. Scdm patet. q: nō oē q procedit dat. ptz de filio q: ab eterno pcedit: nō tm̄ ab eterno dabat. similiter dona spūssancti datur. nō tm̄ pcedūt sicut modo loqmur de pcessione. Circa scdm dico. q spūsctūs in ppria psona datur. qa illd qd sic datur q possit dari oī alio dono circūscripto datur in se. et nō tm̄. qa aliqd aliud datur. s spūsctūs sic dat q possit dari oī alio dono circūscripto. igr in se et nō tm̄ in suo dono datur. Maior videt manifesta. q: tale posset dari sine noua donatiōe et mutatōe reali actuali. sed minorē pbo q: illud dicit dari alicui. qn̄ pōt illo vti ad agenduz sic placet. sicut dicit q aliqs dat seipm alicui in hoc solo q offert seipm sibi. vt faciat qd alius dixit sibi. s spūsctūs si nullū donuz creatū daret creature rationali posset esse parat9 facere quicquid creatura illa rōnalis vellet rōnabiliter. g sine oī dono creato pōt se dare creature rationali. Tertiū pbatur. q: s. s. nō datur nisi ad sanctificandū creaturā rationalē. s nō sanctificat creaturā rōnalē sine donis suis. g et c. Circa quartū dico q sanct. nō dicit. s. s. dari alicui nisi quē p specialē acceptionē inhabitat. s nullū sic inhabitat per specialē acceptionez q̄ est. qua acceptat eū dignū vita eterna. nisi in quo est gratia gratū faciēs q̄ ē sola charitas. sicut dicet in tertio. iō solū dat in charitate tāq̄ in dono creato. Uerūtn̄ si essz mod9 loquēdi. ita posset dici q posset dari in sapiētia vel in fide sicut in charitate. Similiter nō dicit dari. q̄uis cōferat alicui potestatē faciēdi miracula sine charitate. q̄uis hoc posset vocari dari. si saneri sic vterēt. Ad pmū argumētū dico q. s. s. possz dari et si nullū donū creatū daret. Ad pbationē dico q aliqn̄ pōt cē transitus de cōtradictorio ad ɔtradictoriū ppter solā mutationē tēporis qn̄ aūt hō sit possibile et qn̄ non: magis apparebit in sequentib9 hic aūt foret transitus tēporis. vel actualiter et de facto si tēpus eēt. vel si tēpus nō eēt. nec mot9 nec mutatio tūc foret talis transitus de cōtradictorio in cōtradictoriū ppter transitū tēporis possibilē. q: si tēpus esset vnū cōtradictoriū verificaret in vna parte tēporis et aliud in alia parte tēporis. Ad scdm dico: q de9 multa agit p plura q̄ posset facere p pauciora q vult nec est alia causa querenda. et ex hoc ipso q vult cōueniēter fit et nō frustra. secus ē in causis naturalibus et in causis volūtarijs creatis: q volūtarie cause debēt se conformare recte rationi prime nec aliter faciūt aliquid iuste vel recte. Distincti. xv. Questio vnica.

D Tertiū

E Quartū

F Ad pmoz principale

Ad pbatione

G Ad scdm

Distinctio XV

A Questio. I

Circa distinctionē decimāquitā q̄ro.

C

Utrū q̄libet persona possit mittere et mitti. Et sic. mittere ē cōmune tribus sm magistrū in littera. g et mitti. ɔña pater. quia si mitti nō essz cōmune tribus personis. hoc nō esset nisi q: dic relationē realē persone misse ad aliquā personam producentē sed hoc est falsum. quia tunc mittere diceret consimilē respectum correlatiuum. et per consequens nō esset cōmune. Ultima cōsequētia ptz. quia mittere et mitti vniuersaliter dicunt relatiōes oppositas. ergo si mittere non includit producere nec correlatiuum includet correlatiuū. Ad oppositum. Augustinus. iiij. de trini. c. xvij. pater cū ex tēpore a quoq percipitur. nō dicitur missus, nō

Argumētū principale

In oppositum

B
Solutio

enī habet de quo sit aut a quo ꝓcedat. Ad istā q̄stionē cōiter dicit᷑ q̄ mitti importat respectū rōnis tā ad missum q̄ ad mittentē. cōnotando tñ respectū realē ipius. Et penes illud scd̄m diuersificant᷑ opi. aliq̄ue. Quidā em̄ dicunt q̄ mitti cōnotat respectū realē persone misse ad personā mittentē. ⁊ ecōuerso mittere cōnotat respectū realē persone mittētis ad personā missā. ⁊ hī habent dicere cōsequēter q̄ mittere ꝑ se cōpetit duab⁹ personis. q̄ tm̄ due sūt persone habētes reales relatiōes ꝑ modū ꝓducētis. ⁊ q̄ mitti similiter ꝑ se cōuenit duab⁹ personis. Qui aūt dicūt q̄ mitti ꝯnotat respectū realē nō quidē ad omnē mittentē s̄ ad aliquē distīnctē. mittere aūt nō cōnotat respectū realē mittētis ꝑsone ad ꝑsonā missā. s̄ cōnotat eundē respectū realē quē connotat mitti. dicūt q̄ mittere ē cōe. mitti autē tm̄ est ꝓpriū duab⁹ persona. Et q̄ difficultas est de significatis vocabulorū quib⁹ est vtēdū sicut auctores vtunt᷑. ⁊ magister dicit. ⁊ videt᷑ eē iertio btī augustini q̄ mittere ē cōe ⁊ mitti est ꝓpriū duab⁹ ꝑsonis. Ideo istā partē teneo nō tñ q̄ important aliquos respect⁹ rōnis. q̄a dico q̄ nec ꝑ mittere nec ꝑ mitti quicūq̄ respectus rōnis importāt᷑. q̄ ꝑsona realiter mittit ⁊ realiter mittit᷑. sicut fili⁹ realiter incarnat᷑. ⁊ pater realiter misit filiū suū in carnē. s̄ ꝓpter nullū respectū rōis importatū ꝑ tale possꝫ dici realiter tale vel tale. ⁊ nō nullū istorū importat quēcūq̄ respectū rōnis. q̄ sicut post patebit. dei ad creaturā null⁹ ē respect⁹ rōnis. vl̄ si eēt aliq̄s nō esset importat⁹ ꝑ talia noīa mittere creaer hūari ⁊c̄. Ideo dico q̄ mitti importat rā creaturā q̄ personā ꝓcedentē realit᷑ ab alia ꝑsona. vt q̄d noīs ipsi⁹ mitti sit totū istud mitti est ꝑsonā aliquā ab alia ꝓductā ꝑ nouā suā existentiā in aliqua creatura rōnali s̄m determinatū modū existēdi in ea manifestati ꝓduci. Quid noīs ipsi⁹ mittere ē ꝑsonā aliquā ꝓductā ꝑ nouā existentiā in aliqua creatura rōnali s̄m determinatū modū existendi manifestare ꝓduci. ⁊ sicut alias dictū ē in istis nec in sīlib⁹ ponitur aliquid respectū ratiōis importās. Ad argumētū ꝑncipale dico. q̄ nō seq̄t᷑ mitti importat aliquē respectū realem ad aliquā ꝑsonā mittentē. ergo mittere importat respectū realē ad personā productā. q̄uis vocabula sic possent imponi q̄ sic significarēt. ⁊ illo posito. neutrū esset cōe tribus personis. sed sic nō sunt nomina imposita. sed sunt imposita. vt mitti importet respectū productōis realem ad aliquā personā mittentē. nō ad omnē. ⁊ mittere importet eundē respectū nō quidē illius persone que mittit: sed illius que mittit᷑

C
Filius incarnatus

D
Ad principale

ita tñ q̄ manifestet illū respectum aliquo modo per creaturā faciendo aliquid circa creaturā. ⁊ aliquid operādo q̄ aliqua persona manifestetur per talē operationē hoc est mitti. ⁊ sic tenet argumentū magistri q̄ si aliqua ꝑsona mitteret ⁊ nō alia. q̄ operaret᷑ aliquid q̄d alia nō operaret᷑. Ex isto patet quomodo eadē ꝑsona pōt mittere se. quia operādo aliquid circa creaturā pōt manifestare q̄ ip̄a met procedit. ⁊ h̄ est mitti. Distinctiōis. xvi. q̄stio vnica

Distinctio XVI

A
Questio. I

Irca decimā

sextā quero. Utrū diuina persona visibiliter mittatur. Et q̄ nō. quia inuisibile nō pōt visibiliter mitti: sed ꝑsona diuina est simpliciter inuisibilis. ḡ ⁊c̄.

C

Ad oppositū. matthei. iij. dicit᷑ de sp̄ūscō q̄ descēdit in colūbe specie. Ad istā questionē primo distinguo de missione visibili. q̄ vna est per realē assumptionē nature create visibilis in vnitatē diuīe ꝑsone. alia est sine tali assumptione. Primo modo fuit fili⁹ missus in incarnatione. quādo naturā humanā in vnitate persone sibi vniuit. sed de illa missione patebit in tertio libro. Secūdo mō fuit sp̄ūsscūs missus in noua lege. ⁊ de ista missione est p̄sens q̄stio.

B
Rñdet distinguēdo

Et de ista missione loquēdo. Primo vidēdū est quid sit missio visibilis. Scd̄o. q̄n ⁊ quib⁹ facta est missio. Circa primū dico. q̄ missio visibilis est apparitio aliquarū rerū corporaliū facta circa creaturā rationalē humanā. eidē creature rōnali missionē inuisibilē diuine ꝑsone representās. Ut sit apparitio rerū corporaliū p̄z. q̄ aliter nō posset esse visibilis. q̄ diuina ꝑsona in se non est visibilis q̄ sit circa creaturā rationalē p̄z. q̄ nō mittitur nisi creature rōnali. Ut rep̄sentet missionē inuisibilē p̄z. q̄ creatura corporalis nunq̄ apparet nisi ad rep̄sentādū aliquē effectū specialē circa illud cui mittitur. sed nō nisi ad rep̄sentādū effectū qui est gratia gratū faciēs. qui nō est sine missiōe inuisibili sp̄ūsscī. ḡ ⁊c̄. Est eñ aduertendū q̄ nō semꝑ significat missionē inuisibilē: tūc sic primo fieri q̄n ē missio visibilis. sed significat missionem visibilē tūc esse vl̄ prius fuisse ⁊ adhuc permanere. quia quando sp̄ūssanctus visibiliter xp̄o mittebatur ⁊ descendit super eum in colūbe specie: nō tūc primo accepit gratiā nec tūc ꝑmo in eū visibiliter mittebat᷑. i. s̄. sed prius. quia nec etiā gratia fuit in eo augmentata. Similiter q̄n visibiliter mittebatur apostolis actuū. ij. nō tūc primo fuit missus eis inuisibiliter. q̄uis tūc fuerit i[..]s gratia augmētata. Aliq̄n aūt q̄n aliquib⁹ mittebat᷑ tunc ꝑs

Nota duo

C
Primū

D Secundū

mo eis fuisi biliter mittebatur. Circa scd'm
dico φ ista missio fuit facta i noua lege xp̄o et
discipulis ⁊ credentib⁹. sicut pꝫ in euāgelio
⁊ actib⁹ aplorū. q̄uis fuerunt facte apparitio
nes aliquib⁹ sanctis in veteri lege. nō tn̄ rep̄s
sentabant ex se missionē inuisibilē. ſꝫ pncipali
ter fiebāt pter alias rationes. Sed tūc est

Queritur.

dubiū quales species ille fuerūt. scꝫ vtruꝫ fue
runt vere res sicut apparuerunt.

E Respondetur.

Dicendū φ
potuerūt esse tales res quales apparuerunt ⁊
poterāt esse alique alie. etiā cōuenientes cū ve
ris rebus in quibuscūqꝫ accidētibus exterioꝛi
bus. Unde qn̄ spūssanct⁹ visibiliter mittebaꝛ
in specie colūbe. potuit fieri per verā colūbaꝫ
⁊ per aliquā aliā reꝫ de nouo formatā habētē
exterioꝛa accidētia similia accidentib⁹ colūbe
⁊ sicut deo placuit ita factuꝫ est. Hoc tn̄ dico
φ vere res fuerūt.

F Ad principale

Ad argumentū dico. φ in
uisibile pōt visibiliter mitti apparendo nō in
se. sed in aliquo instituto ad ipm significandū
quia hoc est visibiliter mitti. ⁊ aliud aliq̄d ta
le visibile apparere. Distinctōis. xvij. q̄stio. i.

Distinctio XVII duo principaliter disquirit

A Questio I principalis huius distinctionis

Circa distinctio

C

nem decimamseptimā quero
Utrū pter spiritūsāctū necē
sit ponere charitatē absolutā
creatā aiam formaliter infor
mantē. ad hꝫ φ aia deo sit cha

Argu. principale

ra ⁊ accepta. Et nō. qꝛ charitas nō ponit ni
si vt aliquis ea sit deo charus. sed sine tali qua
litate aliquis pōt esse deo charus qꝛ charū im
portat respectū. q̄a si sit charus est alicui cha
rus. sed talis qualitas nec est fundamētū nec
est terminus illius respectus. ergo sine tali q̄s
litate pōt quis esse deo charus. ꝯña pꝫ. qꝛ ois
respectus pōt eē sine oi eo q̄d nec ē fundamē
tuꝫ nec terminus ipius. g̊ ⁊c.

In oppositum

Ad oppositūꝫ
impossibile est aliquē esse charū deo sine cha
ritate. sicut impossibile est aliquē eē albū sine
albedine. ſꝫ charitas est qualitas absoluta. q̄a

B Opinio prima

est virtus theologica. ergo ⁊c. Ad istam que
stionem est vna opinio φ ad hoc φ aia sit deo
grata chara ⁊ accepta. necessario requiriꝛ ali
qua talis forma creata ⁊ absoluta. ita φ de po
tētia dei absoluta sine tali forma non pōt esse
deo chara. ⁊ ipa forma necessario est deo cha
ra. Et similiter anima illa forma iformata. ita
φ stante illa forma non potest de potētia dei
absoluta non esse deo chara.

C Triū cōclusionuꝫ Prima

Ponūtur tres
conclusiones. Prima est φ est aliq̄ forma crea
ta q̄ ex natura rei de necessitate cadit sub dei
complacētia. ⁊ per cuius existentiā in anima
ipa gratificatur ⁊ fit deo accepta. ⁊ dilecta ac
chara. Qd̄ quideꝫ potest multipliciter decla

rari.

Prima rō

Nullus eñ actus imutabilis et etern⁹
transit de nouo super obiectū aliquod. nisi q̄a
ei⁹ obiectū eternū ⁊ imutabile formaliter pti
cipareꝛ de nouo ab obiecto illo materiali sup
quod nouiter transit. sicut patet. φ visio eter
na alicuius coloris si talis poneret posset trā
ire de nouo: nunc super lignū nūc super lapidē
si color ille eternaliter visus pticipareꝛ. nunc
a lapide nūc a ligno formaliꝛ et inherētet. Si
aūt aliter transiret visio immediate super li
gnū aut super lapidē. impossibile esset: φ act⁹
ille esset eternus. Cuius ratio ē. actus nō pōt
de non transeunte super lignū fieri transiens
nisi aliqua mutatione facta in ipso actu. ⁊ tūc
nō erit eternus. vel in ipso ligno ⁊ tunc aliq̄d
formaliter sibi inheret q̄d nō inhesit ante. Sꝫ
actus dilectionis ⁊ acceptionis diuine q̄ imu
tabilis est ⁊ eternus nūc acceptat vnuꝫ nunc
aliū. nunc nō diligit aiam nūc diligit eā dile
ctione charitatiua de qua loquimur. g̊ neces
sario ab aia participatur formaliter ⁊ inherē
ter aliquod obiectū immutabile ⁊ eternū diui
ne dilectionis. illud aūt nō pōt esse diuina es
sentia. qꝛ nulli formaliter inheret. g̊ est aliqua
creatura: ⁊ nō substantia. certum est g̊ est for
ma accidētalis.

Secūda

Preterea sicut se habet eē
charū deo ad volūtatē diuinā. sic ⁊ esse oditū
a deo. ſꝫ nihil est oditū a deo quin diuina volū
tas reperiat in eo aliq̄d odibile ⁊ detestabile
ex natura rei q̄d dat formaliter esse oditū. pec
catū eñ ex natura rei oditur a deo: iuxta illud
pphetie. Uideo qm̄ nō de⁹ volēs iniq̄tatē tu es
g̊ p oppositū nullus acceptatur p charitatē a
deo. nisi quaten⁹ est in eo aliquid q̄d ex natu
ra rei reddit acceptabilē.

Confirmatur

Et confirmaꝛ. qꝛ
forme opposite habēt formaliter effectus op
positos ex natura rei. sicut si albedo dat eē al
bū ex natura rei. nigredo ex natura rei dat esse
nigrū. g̊ si iniquitas ex natura rei est odibilis
deo ⁊ dat eē oditū. nō apparet cur nō sit possi
bilis aliqua forma sibi opposita q̄ det formali
ter ex natura rei eē dilectū vꝉ acceptū.

Tertia

Pre
terea deus rationabilissim⁹ dilector est. qꝛ nō
amat absqꝫ rationabili iductiuo. sed dilectio
⁊ amor ſm rectam rationem meretur redamā
tem. ſꝫ illud puerbiorū. viij. ego diligētes me
diligo. g̊ ex natura rei deus diligit omnē dili
gentem se ⁊ habentem ad eum charitatē. iuxͣ
illud iohānis. xiiij. qui diligit me diligiꝛ a pa
tre meo. ⁊ ego diligā eū.

Quarta

Preterea quicun
qꝫ ex natura rei diligit iustitiā charitatē ⁊ ce
teras virtutes. ex natura rei diligit participā
tem illas virtutes. impossibile eñ est φ actus
feratur super aliquā formā quin feratur super
participantē illā formā saltē materialiter ⁊ p

accidens. sed deus imutabiliter & de necessitate nature diligit charitatē et iusticiā & oēm virtutē. Immutabiliter em̄ diligit se. & p ɔ̃ns imutabiliter vult sui dilectionē. & insuper iustus est immutabiliter & perfectus. nullus autē iustus est qui iusticiā non diligit fm Augustinū. Vn̄ phs dicit primo ethi. ꝙ nō est bonus qui non gaudet de bonis. ḡ deus ea necessitate q̄ diligit suā iusticiā & cōplacet in sui amore cōplacet etiā in oīm aia participante iusticiā ipsius habitualem amorē. & per ɔ̃ns habitualis amor dei dat ex natura rei esse acceptū dei. Preterea deo acceptū est quicquid fz veritatē delectabile est & acceptabile & placitū. Dicit em̄ phs. iij. ethi. ꝙ virtuosus tanꝙ bene dispositus est. ita et mensura eoꝝ que delectabilia & placentia sunt fm veritatē. s virtutes fm seipsas pulchre sunt & bone & delectabiles fm veritatē. et maxime amor dei. ḡ videtur ꝙ deus ex natura rei cōplaceat in virtutibus. sed ꝙ maxime & vltimate in sui habituali amore. Secūda cōclusio est ista ꝙ illa forma qua et natura rei redditur aia deo grata: nō ꝓfluit ex diuina acceptiōe in aiaz. Probatur. q: illud quo diuina acceptio & delectatio applicatur ad aīam. et cuius participatio est ratio formalis. vt acceptet: nō pōt ꝓuenire ex dei dilectione super aīam transeunte. q: tunc aia ꝑus essz dilecta saltē ordine rōnis: ꝙ talis forma esset in ea. s illa forma esset hmōi &c. Preterea impossibile est actū eternū & immutabilē de nouo transire super aīam nisi ꝓpter participationē nouaz anime obiecti imutabilis et eterni. ḡ si aia est dilecta habet formā. & per ɔ̃ns sunt ibi tales due forme gratificantes. Preterea sicut se habet generalis dilectio ad illud super qd̄ transit. sic se habet charitatiua dilectio ad aīam acceptam & gratā. s ex generali dei dilectione qua cōplacet in oīm creatura nō ꝓfluit creatura. alias cū imutabiliter diligat oēm creatura imutaliter ꝓfluerent omnes in esse. ḡ nec charitas ꝓfluit in natura grata ex dei dilectiōe charitatiua: s magis est rō ꝙ dei charitatiua dilectio applicetur ad eā. sicut realitas creaturaꝝ ē rō oia diligendi q̄ sunt: nec ex hoc ꝙ diligunt realitates earū in esse ꝓfluūt. Tertia ꝓpō est ista. ꝙ forma q̄ aīa fit accepta ē quedā dei habitualis dilectio q̄ ab ipso ifundit. nec et puris naturalib⁹ generat. De ista ꝓpōe patebit in sequētib⁹. Ista opinio nō videt mihi vera. ideo arguo cōtra eā & ostēdo ꝙ de potētia dei absoluta sine oīm forma formaliter inherēte pōt de⁹ aīam acceptare. Primo sic. quēcūꝗ pōt deus ꝑparare ad vitā eternā. et postea vitā eternā sibi cōferre sine tali habitu preuio pōt deus talē habere charū acceptuz sine tali habitu. hoc ptz. q: quicūꝗ est ꝑparatus ad vitā eternā. ita ꝙ ipo ꝑseuerante in eadē dispositione dabit sibi vita eterna. talis est deo acceptus & charus. sed deus de potētia sua absoluta pōt cōferre alicui vitā eternā. scz visionē et fruitionē beatificā ꝙtūcunꝗ nunꝙ habuerit talē habitū. & per ɔ̃ns erat in tali statu ꝙ non habebat aliqd repugnās vite eterne. etiā posito ꝙ nō habuit talē habitū. pōt deus pro tūc ipm ꝑparare ad vitā eternā. ḡ pro tunc potuit esse charus & acceptus deo. Si dicat. ꝙ de⁹ nō pōt dare alicui vitā eternā sine tali habitu. Cōtra. visio beatifica a tali habitu nō depēdet. hoc etiā ostendet in sequētib⁹ ꝙ ad actuz beatificū nō requirit de potētia dei absoluta aliqs habitus talis. Si dicatur. ꝙ ꝙuis aliquis sit in tali statu sine illa forma. ꝙ deus poterit sibi dare vitā eternā ipo semp ante beatitudinē remanēte in eodē statu. q: m̄ tūc caret illa forma. nō est charus deo. Contra. ille est charus deo qui est acceptus deo tanꝙ dign⁹ vita eterna. sed talis est hmōi. ḡ &c. Si dicatur ꝙ talis nō est dign⁹ vita eterna. hoc nō valet. q: quero qd requirit ad hoc ꝙ aliqs sit dignus vita eterna. Aut requirit & suffic ꝙ de⁹ fm statū presentē disponat eū ad vitā eternā. & isto modo talis est dignus vita eterna. Aut sic. ꝙ sine iusticia nō pōt nō cōferri vita eterna. & isto mō nullus habēs quācunꝗ formā est dignus vita eterna. q: a sicut deus pōt ad tēpus nō ɔferre alicui vitā eternā ꝙtūcunꝗ habeat talē formā. sic de potentia sua absoluta posset pro sp sibi nō cōferre. Scd̄o arguo sic. iuxta argumēta sua. sicut esse detestatuz vel esse oditū se habet ad voluntatē diuinā. ita esse acceptū deo & charū se habet ad diuinā voluntatē sed aliqs pōt eē oditus deo et detestatus sine oī forma detestabili formalit inherēte. ḡ similiter pōt aliqs eē charus. & acceptus sine omi forma formalit inherēte. Maior ptz per istos. Minorē ꝓbo. q: qn̄ aliqs peccat mortalit cessante actu peccati possibile est nullā formā remanere que nō ꝑfuit ante peccatū. ergo tunc nō est talis oditus a deo ꝓpter aliquā formaz formaliter inherentē. Si dicat ꝙ relinqtur habitus malus. ꝓpter qd̄ est detestabilis deo post actū peccati. Contra. talis habitus pōt corrūpi sine charitate aduenīete. sed semp ante charitatē est oditus a deo. ḡ sine tali forma pt esse oditus a deo. Assumptū ptz. q: tali peccatu nō tm̄ opponit actus ꝑcedens ex charitate. sed etiaz ex iusticia que pōt haberi ex puris naturalib⁹ qualē habuerūt phi. & aliq pagani

Obijcitur primo — *Respōdetur* — *Obijcitur secūdo* — *Respondetur.* — *Obijcitur tertio* — *Scd̄o* — *Obijcitur* — *Respondetur*

ergo talis iusticia ex puris naturalib⁹ generaba͛ habitū contrariū illi habitui derelicto ex peccato. et per ꝯñs per aduentū illius habit⁹ corrumpitur prior. et tñ talis carens tunc omni tali forma erit oditus a deo.

Tertio

Preterea. de⁹ posset talē habitū corrūpere sine infusiōe charitatis. ⁊ tñ esset oditus sine omni tali forma.

Quarto

Preterea. nat⁹ in peccato originali nō habet aliquā formā necessario detestabilē a deo. ⁊ tñ est detestabilis a deo. ergo aliq̄s sine tali forma pōt eē deo detestabilis. Maior ꝓꝫ. q͛ q̄ro vnde causat̄ ista forma necessario deo detestabilis. Nō a deo sicut a causa totali. manifestū est. nec ab isto paruulo: q͛ nulla forma necessario detestabilis cābit̄ ab aliquo nisi mediante actu voluntario Nec ab aliquo alio. q͛ nulla forma necessario detestabilis causatur a causa mere naturali ꝟ nulla creatura causat aliq̄d in paruulo nisi naturaliter. ergo ⁊c̄.

Quinto

Preterea. habitus derelictus ex quocūq͛ peccato mortali stat cū charitate infusa. ꝓꝫ de aliquo habituato in malo. ⁊ nouiter cōuerso ⁊ baptizato. talis habꝫ charitatē manifestū est. ⁊ manifestū ē ꝙ habet habitū derelictū ex frequētia malorū actuū. q͛ magis ē īclinat⁹ ad tales ꝙ̄ si nūq͛ tales habuisset. ergo si talis esset necessario detestabilis deo: ⁊ charitas ē necessario accepta a deo per te. ergo talis esset simul odit⁹ ⁊ charus deo.

Sexto

Preterea nō tm̄ est aliq̄s acceptus alteri ꝓpter actū amicitie formaliter inherentē. ꝟ etiā ꝓpter actū transeuntē etiaꝫ si nihil remaneret post actū. Unde i nobis diligens aliquē ⁊ bene faciens sibi nō tm̄ meretur redamationē durante illo actu. ꝟ etiā trāseunte ⁊ nullo remanēte. ⁊ hoc sine aduētu cuiuscūq͛ cōtrarij. Unde nō tm̄ tenet̄ amicus diligere amicū suū dū amicus diligit ⁊ bene facit actualiter. q͛ tunc foret tm̄ amicus mense ꝟ etiā post talē actualē amorē. etiā si null⁹ habitus remaneret adhuc debꝫ recordari beneficiorꝫ p̄teritorꝫ. ꝟ diligere deū sup oīa ē actus accept⁹ deo ex magis habet rōnē acceptabil̄ ex natura sua ꝙ̄ habit⁹. tū q͛ est magis meritorius. tū q͛ est magis in potestate volūtatis. et ꝑ ꝯñs cū sit bon⁹ est magis laudabilis. ergo post actū etiā si null⁹ habitus remaneret posset talis acceptari a deo ⁊ ꝓpter actū bonū p̄teritū posset remunerari a deo vita eterna.

Confirmatur

Cōfirmo hāc rōneꝫ. q͛ vnusq͛sq͛ meret̄ magis redamationē gratuitā ⁊ acceptationē ꝑ illud qđ ē in potestate sua ꝙ̄ ꝑ illud qđ nō ē in potestate sua. ꝟ act⁹ ex puris naturalib⁹ elicit⁹ ē magis in potestate volūtatis ꝙ̄ q̄cūq͛ habit⁹. ergo magis meret̄ dilectionē dei gratuitā ⁊ remunerationē. ꝟ per hoc ꝙ cessat nō ꝑdit. ergo adhuc sine forma formalit̄ inherēte pōt ille qui habuit taleꝫ actū esse dignus remuneratiōe eterna. ⁊ ꝑ ꝯñs esse accept⁹ deo.

D
Secūdo ꝯclusio

Secūdo ostēdo. ꝙ q̄cunq͛ forma mere supnaturali formalit̄ inherente posita in aīa. adhuc est in potētia dei absoluta acceptare illā aiaꝫ vel nō acceptare. ⁊ loquor de acceptatiōe qua aliq̄s acceptat̄ et ꝑparat̄ ad vitā eternā.

Probatur ꝓma

Hoc ꝓbo sic. nullus inimicus ⁊ oditus ab aliquo necessario fit amicus ⁊ acceptus illi quocūq͛ posito in illo qđ nō est ī ptāte ipius. sed aliq̄s existēs in petō mortali etiā cessante actu est inimicus ⁊ odit⁹ a deo. ergo q̄ntūcunq͛ aliq̄d qđ nō est in ptāte ipius fiat in eo. nō est ꝓpter hoc necessario accept⁹ deo.

Secundo

Preterea. q̄uis ꝟm aliquos redēptio generis humani potuisset fuisse facta ꝑ puraꝫ creaturā. tñ ꝑ xp̄m facta est ꝟm omnes. ꝟ deus de potētia sua absoluta potuit fuisse nunq̄ incarnatus. etiā quocūq͛ absoluto existēte in sanctis patribus ergo q̄ntūcunq͛ de⁹ dedisset antiq̄s patrib⁹ illā formā supnaturalē. adhuc fuit in potestate dei incarnare filiū suū. ⁊ per ꝯñs redimere genus humanū. ⁊ per ꝯñs conferre eis vitā eternā.

Tertio

Circa distinctionē. xxij. q̄ro. An viator possit aliquod nomē imponere ad distincte significandū diuinā essentiā. Et nō. q᷑ nullū nomen imponit᷑ nisi cognito. ƺ viator nō pōt deū distincte cognoscere. ergo nec nomē ab eo impositū poterit eum distincte significare. Preterea ƺȝ phȝ p̄mo pier.. voces sūt note earū passionū q̄ sūt i aīa. ƺ de⁹ n̄ ē passio i anima. ergo vox non tm̄ distincte significat. Ad oppositū illud qđ significat deū ⁊ nihil aliud distincte deū significat. ƺ multa noīa deum significāt ⁊ nihil aliud. pȝ de h̄ noīe deus. erga multa noīa distincte deū significāt. ⁊ illa sunt imposita a viatore. ergo ⁊c. Circa istā questionē p̄mo videndū est quid nomen p̄mo significat secūdo de ꝓposito principali. Circa primum videt᷑ aliq̄bus ꝙ vox p̄mo significat cōceptuȝ mētis ⁊ nō rem extra aīam. Hoc ꝓbat᷑ primo auctoritate Aristo. sicut allegatū est in arguēdo ad principale. Preterea voces sūt inuēte ad exprimendū conceptū mētis. sed illud prio significant ꝓpter qđ exprimendū sunt inuēte ergo primo significāt conceptū mētis. Preterea ƺm priscianū nihil aliud est esse partem orōnis q̄ȝ mentis conceptuȝ significare. ergo oīs pars orationis significat conceptum mentis.

Preterea illud ꝑ vocē significat᷑ quod ꝓlata voce primo apprehendit᷑. sed ꝓlata hac voce homo primo app̄hēdit᷑ conceptus mētis ⁊ nō res. q᷑ nō plus vna res q̄ȝ alia. ergo cōceptus mentis primo ꝑ vocē significat᷑. Cōtra istaȝ opinionem voces sunt significatiue ad placitum. ergo quod imponēs intēdit primo significare per vocem. illud vox primo significat. ƺ imponēs potest intendere significare primo ⁊ per vocem ipam rem extra. ergo ⁊c. Si dicatur ꝙ imponens non potest intendere aliqđ significare per vocem nisi cognitum. et nihil potest esse cognitum sine conceptu mentis. ⁊ ideo primo significabit conceptū mētis. Hec ꝯsequētia nihil valet. Tū quia al'q̄d potest cognosci sine conceptu mētis. nisi ꝑ conceptum mētis intelligat ipam cognitionē. sicut pȝ in notitia intuitiua rei singularis. Tum quia nō

Distin XXII Questio I · *Arguit᷑ p̄mo* · *Scđo* · *In oppositum* · *Circa q̄oneȝ duo sunt p̄nci.* · *Primum* · *Probat᷑ p̄mo* · *Secundo* · *Tertio* · *Quarto* · *Cōtra istā opi.*

sequit̃ nõ põt aliquid cognosci sine conceptu mẽtis ⁊ imponẽs cognoscit. ꝗ imponẽs impo nit conceptũ. sicut nõ sequit̃ nihil potest ꝑmo cognosci sine noticia sensitiua. ⁊ impon ẽs nõ imponit nisi cognoscẽdo. ꝗ tũc imponit noti tie sensitiue. Preterea ſm pħm in diuersis loq̃ diffinitio significat q̃ddita tẽ rei. sed q̃dditas rei nõ est cõceptus mẽtis. ꝗ talis vox nõ ꝑmo significat ꝯceptũ mẽtis. Si dicis ꝙ pħs loq̃t̃ de diffinitiõne in mẽte ꝙ illa significat q̃ddita tem. nõ sic aũt diffinitio in voce. Cõtra. dic̃ ꝙ est oñõ vl' sermo indicãs q̃d est eẽ rei. ergo ipa vox ſm' eũ significat q̃dditatẽ rei. Ideo dico ꝙ quedã noĩa ꝑmo significãt res ex̃. ⁊ quedaꝫ significãt ꝑmo cõceptus mẽtis. ⁊ quedam si gnificant ꝑmo ipsas voces significatiuas. et est antiq̃ distinctio ꝙ noĩa q̃dã sunt ꝑme ĩpo sitionis. quedã sunt noĩa scd'e impositiõis. No mina scd'e impositiõis sũt noĩa illa q̃ imponũt̃ ad significandũ noĩa ipa vel voces significa tiuas. vel ꝓprietates ⁊ ꝯditiones vocũ signifi catiuarũ cuiusmodi sunt ista. nomẽ. v'bũ. par ticipiũ. casus. figura. numerus ⁊c. Noĩa prime impõnis quedã sunt noĩa ꝑme intẽtionis. ⁊ q̃ dam noĩa scd'e intentionis. Prima sunt illa q̃ significãt veras res. sicut homo aĩal albedo. nigredo linea ⁊ hmõi. Scd'a sunt illa q̃ signi ficant ꝯceptus mẽtis. sicut genus spẽs vl'e et hmõi. Hoc pꝫ illud ꝑmo significat̃ p vocẽ ꝓ quo vox ꝑmo rõne institutõis supponit. ſ no mina ꝑme intẽtionis ex rõne institutõis sup ponũt ꝓ reb⁹. ⁊ noĩa scd'e impositiõis ꝓ noĩb⁹ vel vocib⁹. sicut pꝫ inductiue. ⁊ noĩa scd'e intẽ tionis ꝓ ꝯceptibus. ꝗ instituunt̃ ad illa ꝑmo significandũ. Maior pꝫ. q: illud ꝑmo signifi cat̃ p vocẽ ꝓ quo imponẽs vtit̃ illa voce. ſ ma nifestũ est ꝙ h' est illud ꝓ quo vox ꝑmo suppo nit. Vñ vtimur illa voce hõ ꝑncipalr̃ ꝓ hoĩb⁹. Ex isto oñt̃ ꝙ vox quecũqꝫ rõne institutõis hꝫ ꝑmo suppõnẽ ꝑsonalẽ. q: rõne institutõis sup ponit ꝑmo ꝓ suis significat̃. tñ rõne alicui⁹ ad iuncti põt supponere ꝓ aliq̃bus alijs. Et ideo dictũ aliquoꝝ sophistarũ dicentiũ ꝙ supposi tio ꝑsonal' est ꝓ supposit̃. ⁊ suppositio simplex est ꝓ ꝑmo significato est simplr̃ falsum. q: sup positio ꝑsonalis est ꝓ ꝑmo significato. q: eadẽ sũt singularia ⁊ significata. nec põt aliq̃ ratio dari. q̃re termin⁹ nõ supponit ꝑmo ⁊ sẽꝑ q̃ntuꝫ est ex institutõis rõne ꝓ suo significato. cũ in tentio ꝑncipal' imponentiũ sit vti terminis ꝓ suis significat̃. ⁊ iõ dicit Ari. ꝑmo Elencoꝝ. ꝙ q: nõ possum⁹ nobiscũ portare res ad dispu tationẽ. ideo vtimur vocib⁹ ꝓ rebus q̃s signi ficãt. Ad ꝑmũ alteri⁹ opiõnis dico ꝙ nõ est intẽtio pħi ꝙ voces ꝑmo significãt passiones aĩe sed ꝙ passiones aĩe ⁊ voces sũt q̃dã signa ordinata. ita ꝙ voces instituunt̃ ad significã dum nõ ipas passiones aĩe. ſ res ipas quaruꝫ sunt ille passiones. ⁊ aliquo mõ ille passiones sunt signa illarũ rerũ. Quare aũt vox sic signi ficãs plura eq̃ ꝑmo nõ sit equoca sicut alia. di ctũ est ꝑus. Ad scd'm dico ꝙ voces sunt inuẽ te ad exꝑmendũ res. ⁊ ad exꝑmendũ ꝯceptus et passiones mẽtis. ⁊ ideo aliq̃ significãt res ⁊ aliq̃ ꝯceptus mẽtis. sicut iste voces. hõ aĩal et hmõi sunt inuẽte ad exꝑmendũ res. Alie autẽ sunt inuẽte ad exꝑmendũ ipm mẽtis ꝯceptuꝫ et nõ tm̃ intellectiões ⁊ obiecta taliũ intelle ctionũ. sed aliq̃ sunt inuẽte ad exꝑmendũ mẽ tis affectiões tristitias ⁊ delectatiões ⁊ hmõi q̃ sunt actus volũtat̃ ⁊ passiones ꝯtes. Ad tertiũ dico ꝙ mẽtis ꝯceptus aliq̃n vocat̃ oẽ cognitũ ad intellectu. isto mõ oĩs pars oõnis significat mẽtis ꝯceptũ. h' est significat aliq̃d q̃d mẽs ꝯcipit. Ad quartũ dico ꝙ nõ est vlr̃ verũ ꝙ illud ꝑmo ꝑ vocem significat̃ q̃d ꝑmo apꝑhendit̃ ipa voce ꝓlata. ſ illud ꝓ quo ipsa vox ꝓfert̃ ꝑmo ex rõne institutõis. et h' est pro quo supponit q̃ntum est ex se. Quia rõne adiun cti possit supponere ꝓ aliquo alio. et hmõi pro quo termin⁹ ꝓlatus q̃ntuꝫ est vox ex rõne insti tutionis sẽꝑ supponit. est res et nõ ꝯceptus Quare aũt cõceptus ꝑmo apꝑhẽdit̃. ratio est ista. q: terminus nõ instituit̃ ad significandũ res quarũ est ꝯceptus. ⁊ iõ q: quacũqꝫ re intel lecta põt hñi cõceptus. ⁊ hito cõceptu. nõ ꝓpt̃ hoc potest statim ⁊ facilr̃ haberi cognitio rei. ideo ꝑmo ⁊ cõius habet̃ cõceptus ꝓlata voce q̃ quecũqꝫ res singular'. Verũtñ a quocũqꝫ ap prehendẽte ꝯceptum ad ꝓlationẽ vocis ꝑmo aliq̃ res singular' intelligebat̃ añ cognitioẽm illius cõceptus. Circa scd'm ꝑncipale dicũt aliq̃ ꝙ ſm pħm voces sunt signa intẽtionũ. et intẽtiones sũt sĩlitudines rerũ. ideo voces re ferunt̃ ad res significãdas mediãte ꝯceptiõe intellectus. ⁊ ideo ſm ꝙ aliq̃d a nobis intelle ctu cognosci põt. sic a nobis significari põt ⁊ noĩari. sed deus in hac vita nõ põt a nobis vi deri ꝑ suã eẽntiã. ſ cog̃scit̃ a nobis ex creatur' ſm habitudinẽ ꝑncipij ⁊ ꝑ modũ excellẽtie et remotiõis. ⁊ ideo potest noĩari a nobis ex crea turis. nõ tñ nomẽ significãs ipꝫ exꝑmet diuinã essentiã ſm ꝙ est. sicut h' nomẽ homo exꝑmit sua significatiõe essentiã hoĩs ſm ꝙ est. signifi ficat eñ eius diffinitionẽ declarantẽ eius eẽn tiam. ratio eñ quã significat nomen est ei⁹ dif finitio. vt dicit̃. iiij. metha. Contra istaꝫ opi nionẽ primo quomodo intelligat pħus ꝙ vo ces sunt note passionũ nõ intentionũ dictum est ꝑus. secũdo ꝙ dicit ꝙ nõ cognoscitur nisi

Marginalia: ipser nomē ī et ꝑ in sensationis (handwritten) — E Ad scd'm — F Ad tertium — G Ad quartũ — D Ad ꝑ. alteri⁹ opi. — D Scd'm ꝑncipale — I Argu⁹ ꝯ opi.

sm habitudinē pncipij τ p modū excellētie et
remotionis. τ φ eodē modo potest noīari a no
bis. ğ nullū nomē imponimus deo nisi quod si
gnificat habitudinē dei tanq̄ pncipij ad crea
turam vel p modū excellētie τ remotiōis. sed
ɔñs est falsum. ergo τ añs. falsitas ɔñtis pz. q̄
sisic. deus nō diceret bonus. nisi φ pncipium
bonitatis creature vel excellētior bōitate cre-
ata. vel q̄ nō est bonitas creata. Sed h posi-
to nō eēt aliqua rō quare aliqua noīa diceren-
tur de deo. τ aliq̄ nō. q̄ possum dicere φ deus
est bonus. q̄ pncipiū bonitatis create. vel ex-
cellētior ea. vel q̄ nō est ea. ita dicā φ de⁹ ē an
gelus. q̄ est pncipiū angeli vel excellētior an
gelo. vel q̄ nō est angelus. τ eodē mō d asino.
Pretea qd dicit φ nomē significās deū nō
expmit diuinā eēntiā sm φ est. Cōtra hoc ar
guo ex dictis suis. postea dicit φ noīa signifi-
cant deū sm φ intellect⁹ nr̄ cognoscit ipsum.
intellectus aūt nr̄ cū cognoscat deū ex creatu
ris sic cognoscit sm φ creature ipm repn̄tane
Ex illo arguo sic. illud p nomē expmit sm istā
quod p creaturā repn̄tat. sed p creaturā repn̄-
tatur diuina eēntia. vt est hec diuina essentia
ğ eēntia diuina sic p nomen expmit. Sed ad
illud videt rn̄dere ibidē φ creatura impfecte
deum repn̄tat. τ φ nō repn̄tat oēz rōez in deo.
nec rōem absolutā dine essentie sm ipam pfe
ctionem nature in diuina essentia pfectōnalr̄
contentā. Sed illud nihil valet. tum quia nō
sequit repn̄tat diuinā essentiā impfecte. ergo
nō repn̄tat diuinā eēntiā distincte. sicut nō se
quit. aliq̄s cognoscit aliqd simplex impfecte.
ğ nō videt istud distincte. sicut alibi ōnsuz est.
Et huius rō est. q̄ cogscere vel repn̄tare aliq̄d
distincte nō ē aliō φ cogscere vl repn̄tare qd li-
libet intrinsecū illi. Tū q̄ oīs rō q̄ est realis in
diuina essentia est illa vnica essentia absolute
vel psona vel relatio. τ ita impossibile ē aliq̄d
assimilari vel repn̄tare aliquā rōnem existem
in deo nisi assimilet vel repn̄ter diuinā eēntiā
sm φ est. vel psonā vel relationē. Et si dicas
sicut dicit alibi φ in deo est inuenire distinctō
nē rōnum. q̄ realr̄ τ vere in ipo sunt que quidē
sunt vnū re. τ differūt rōne. et ideo potest vna
rō repn̄tari alia nō repn̄tata. Istud nō valet.
q̄ supra ostensuz est φ illud pncipiū illius est
manifeste falsum. scz φ aliqua pnt esse vnū re
aliter τ differre rōne. Preterea qd postea di
cit φ h nomē homo expmit sua significatione
essentiā hoīs sm φ est. significat em̄ eius diffi
nitionem declarantē essentiā eius. Istud non
est verū. q̄ hoc nomē homo significat primo
essentiam hoīs et nō diffinitionē. s hoc nomē
homo et diffinitio hominis idem significant.

et neutrū est significatiuū alterius. Ideo ali
ter ad istum articulū dico φ viator potest im-
ponere nomē ad distincte significandū deū vl
diuinaz essentiā. Hoc patet. q̄ quicūq̄ potest
vere intelligere aliq̄d eē distinctū ab alio. po-
test instituere nomē ad illud distincte signifi-
candū. sed viator pōt vere intelligere et scire
deum eē distinctū ab omni alio ğ τc. Pretea
si viator nō posset instituere nomē ad disticte
significandū diuinā essentiā. hoc nō esset nisi
q̄ nō potest deū distincte intelligere. Sed h
nō obstat q̄ vox aliqua potest aliquid disticte
significare quod nunq̄ fuit distincte intelle-
ctum. patet de hac voce homo. que distincte
significat hoīem futurū etiā sine noua imposi
tione. Si dicat φ nō pcise significat illum
hominē. hoc nō obstat. q̄ distincte significat
ipm et oēs alios. Preterea sicut tactū est in
arguēdo ad oppositū. illud p nomen distincte
significat quod pcise significat τ nihil aliud si
gnificat nec p ipm cōnotat. sed hoc est possi-
bile viatori. q̄ potest imponere a ad significā
dū diuinā essentiā. τ nihil aliud nec aliq̄d aliō
ɔnotādo. sicut hoc nomē deitas nō connotat
aliq̄d in creaturis. Preterea potest aliq̄s im
ponere hoc nomen a ad significandū quodcū
q̄ animal quod occurrit sibi cras hoc facto di
stincte significat illud animal. et significabit
apud oēs volētes vti voce sicut imposita est
q̄tuncūq̄ illud imponēs nō distincte intelli-
gat. nec forte distincte intelliget quando sibi
occurret. Dico ergo φ aliquod nomē disticte
aliq̄d significare potest itelligi. vno modo φ
nō significet aliq̄d aliud nec cōnotet. nec det
intelligere ex vi institutionis aliquid aliud. τ
isto modo potest deus distincte significari q̄
tūcūq̄ deus nō sic ɔcipiat a nobis. Scd̄o mō
potest aliquid intelligi significare aliquid di
stincte. q̄ significat illud τ nō aliud siue cōno-
tet aliud siue nō. τ sic silr̄ pōt distincte signifi
cari. Tertio modo pōt intelligi aliq̄d disticte
significari qn̄ ex vi institutōis τ cōi vsu vtēti-
um nihil aliud ad plationē vocis occurrit rea
liter. τ sic nō potest aliqua vox distincte deuz
significare viatori. quia plata quacūq̄ voce si
gnificatiua intelligēti significationē vocis ali-
quid aliud occurrit scz conceptus cōis deo et
aliis. Sz isto mō nō itelligit questio pposita.
Si dicat φ nomē nō expmit rē nisi intelligen
ti. ğ sicut res intelligit ita p vocē expmit. sed
res que deus est non distincte intelligitur. er-
go τc. Preterea omne quod alicui significa
tur sub eadem ratione intelligi potest ab eo-
dem. ergo si vox potest deum sub ratione dei-
tatis significare viatori. viator poterit deum

Instatur pmo.

Scd̄o

distincte intelligere ⁊ sub ppria rõne deitatis
cõñs est falsum. Assumptũ pbat. q: sub eadem
rõne potest aliq̃d diligi qua significat. g̃ sub
eadẽ rõne intelligi. cõña tenet. q: nihil est ama
tum nisi cognitũ. g̃ nihil est distincte amatu3
nisi distincte cognitũ. h deus nõ potest distin
cte cognosci. g̃ nec distĩcte diligi. ergo nec di
stĩcte significari. Ad p̄mũ istoꝝ cõcedo q̄ no
mẽ nõ exp̄mit rem nisi intelligẽti. ⁊ ideo intel
ligẽti distincte exp̄mit rem. q̄uis intellect⁹ nõ
eam distincte intelligat. q: exp̄mere rẽ distin
cte intelligẽti nõ est nisi vocẽ apud intelligẽ
tem significare talẽ rem ⁊ nõ aliã. ⁊ q̄ intelli
gens hoc cognoscat. h autẽ est possibile. q̄uis
intelligẽs nõ distincte illã rem intelligat. sic
p3. aliq̃a vidẽs solẽ nõ distincte videt nec in
telligit solẽ. q: nõ videt distincte quicq̃d ẽ ipi
us solis. ⁊ tñ ista vox sol apd eũ distincte signi
ficat solẽ. q: significat sibi illã rem quã videt
cõfuse. ita est de noie significãte alicui diuina3
essentiã quã tñ nõ intelligit in se. q: nõ intelli
git eã in se sine cõceptu medio. Ad scđm con
cedo q̄ aliq̃d põt ita distincte amari sicut signi
ficari. ⁊ ideo cõcedo q̄ aliquid põt distinctius
amari q̄ cognosci. q: distĩcte amo deũ ⁊ appe
to beatitudinẽ particularẽ q̃ mihi dabit. ⁊ tñ
illã nõ ita distincte intelligo. sed tñ in quodã
cõceptu. Et q̃n dr̃ q̄ nihil est amatũ nisi cogni
tum cõcedo. sed ex h nõ sequit̃ q̄ nihil est disti
cte amatũ nisi distincte cognitũ. q: aliq̃d põt
distinctius amari q̄ cognosci. Unde sicut res
nõ põt intelligi nisi intelligat̃ cõceptus. et tñ
põt eadẽ res appeti vel diligi. q̄uis nõ appe
titur vel diligat̃ cõceptus. ita põt res distĩcte
diligi. q̄uis nõ distincte intelligat̃. Per p̄di
cta p3 ad argumenta principalia.

R Rñdet p̄mo

Cosimile omnino arg. doctor ... format in suis questionibus ... quid sit ... significare ... aliis

Z Secundo

Argu. p̄n poter

Distinct. xxiij. Questio vnica.

Distin. XXIII A Questio I

Circa distinctio

nem. xxiij. quero. Utrum hoc
nomẽ psona sit nomen p̄me
intẽtiõis an scđe. Q: sit no
men scđe intẽtionis videt̃.
q: in diffinitiõe eius cadit in
tentio scđa. q: indiuiduũ cadit in eius diffini
tione. ⁊ indiuiduũ ẽ nomẽ scđe intẽtõis. g̃ ⁊c.
Preterea si nõ eẽt nomẽ scđe intẽtionis cũ di
cat̃ de pluribus. necessario eẽt terminus vlis.
cõñs est falsum. Preterea si eẽt nomen p̄me
intẽtionis tũc esset synonimũ cũ natura intel
lectuali ⁊ completa. ⁊ p cõñs vnũ nõ diffiniret̃
p reliquũ. cõñs est falsum. Ad oppositũ p qđ
respondet̃ ad questionẽ factã p quid de te nõ
est terminus secũde intẽtionis. sed hoc nomẽ
psona est hmõi fm btm̃ Augustinũ. q: si quera

Arguit̃ p̄mo

Scđo

Tertio

In oppositum

tur de psonis diuinis. q̃d tres sunt. respondet
q̄ sunt tres psone. g̃ psona nõ est nomen scđe
intẽtiõis. Ad questionẽ dr̃ q̄ psona est nomẽ
scđe intẽtionis. q: importat p̄ncipalr̃ intẽtio
nem scđam. q: sicut indiuiduũ in omni substã
tia. ita suppositũ in natura substãtiali. et pso
na in natura intellectuali. sed indiuiduũ ⁊ sup
positum dicũt tm̃ rem scđe intẽtionis. ergo et
psona tm̃ dicit rem scđe intẽtionis. Contra
istam opinionẽ arguo. q̄cũq3 aliqđ nomẽ nõ
significat aliq̃d p modũ possibilis. ⁊ significa
tum suũ competit rei nõ p operationẽ intellect⁹
illud est nomẽ p̄me intẽtionis. sed tale est hoc
nomẽ psona. q: circũscripto omni ope intelle
ctus pater est psona. q: nõ est psona p operatio
nem intellectus. g̃ psona est nomẽ p̄me inten
tionis. Si dicat̃ q̄ fm̃ istã rõem spẽs eẽt no
men p̄me intẽtionis. q: circũscripto omni ope
intellectus si sortes et plato eẽnt in rerũ natu
ra. adhuc eẽnt eiusdẽ spẽi. sicut eẽnt due psõe.
g̃ spẽs ita est nomẽ p̄me intẽtionis sicut psõa
Hoc nõ valet: q: sortes ⁊ plato nõ dicunt̃ eius
dem spẽi nisi q: ab eis põt abstrahi vnus con
ceptus cõis. ⁊ ideo si hec tũc sit cõcedẽda. spe
cies significabit p modũ possibilis. vel h totũ
eiusdẽ spẽi. sed sic nõ est de psona. nõ eñ dr̃ p̃
psona. q: põt formari circa eũ talis vel talis in
tentio. sed q: est talis ⁊ nõ alia. Preterea indi
uiduũ suppositũ singulare ⁊ hmõi sũt p̄me in
tentionis noia. g̃ silr̃ psona est nomẽ p̄me intẽ
tionis. Cõña p3 p positionẽ istius. ⁊ añs pbo de
hoc noie singulare. q: singulare idẽ est qđ vnũ
numero. immo vnũ numero ⁊ singulare videt̃
esse nomina synonima. sed vnũ numero est no
men p̄me intẽtionis. q: vnũ est nomẽ p̄me in
tentõis ⁊ eadẽ rõne indiuiduũ suppositum et
hmõi sunt noia p̄me intẽtionis. Ideo dico
questionẽ q̄ psona est nomẽ p̄me intentionis
Circa qđ p̄mo videndũ est q̃d sit psona et quo
modo distinguat̃ a supposito. secũdo q̃d sit in
tentio secũda et prima. Circa p̄mum dico q̄
suppositũ nõ habet quid rei. sed tm̃ quid nois
Diffinitio aũt exprimẽs quid noia potest esse
illa. Suppositũ est ens completũ nõ constitu
ens aliquod ens vnum. nõ natum alteri inhe
rere. nec ab aliquo alio sustentatũ. Per p̄ma3
particulam excludit̃ quelibet entitas partial̃
siue actualiter componat siue non. quia nihil
quod potest esse pars est ens completum. sed
tantum ens partiale. et ita excluditur anima
separata et quelibet forma substantialis ⁊ eti
am materia. Per secundã particulam exclu
ditur diuina essentia. quia q̄uis sit ens com
pletum. tamen constituit vnum ens. scil3 pa
trem et filium et spiritũ sanctum. Et propter

B Opinio p̄ma

Arguit̃ 3 opi.

C Rñsio auctoris declarat

Primum

idē ercludit q̄libet relatio ⁊ vnū constitutum ex essentia ⁊ spiratiōe actiua. p tertiā particlā; excludit quodlibet accn̄s. q: quodlibet accn̄s siue inhereat siue nō natum est inherere. Per quartā particulā excludit natura assumpta a v̄bo. q: illa est a v̄bo sustētata. Diffinitio autē exprimēs q̄d nois psone pōt eē ista. Persona ē suppositū intellectuale. Et differūt ista sic superius ⁊ inferius. Et pōt dici q ista descriptiō psone est eadē tā cum diffinitiōe Boetij q̄ Richardi. q: Boetius sic describit psonā. Persona est rōnalis nature indiuidua sbā volens intelligere p indiuiduā sbām suppositū substantiale. et p rōnalē naturā intellectualē. ⁊ iō nō intellexit p indiuiduā sbām. tm̄ sbām exn̄tem in p̄dicamēto. sed oēm sbām completā nō natam ɔstituere aliqđ vnū ens. Per rōnalē ete naturā intelligēs naturā intellectualē. Diffinitio aūt richardi est ista q psona est intellectualis nature incōicabilis exn̄tia intelligēs per incōicabilē exn̄tiam om̄e illud quod nō communicatur alteri nec sicut pars. nec sicut ɔstitutiuū. nec sicut accn̄s. nec sicut sustentatū. et ita p incōicabilē exn̄tiā intelligit suppositū. ⁊ iō addēdo sibi q est itellectualis nature vult habere q natura est suppositū intellectuale. Ex quo pz q opinio aliorū nō est cōueniens qn̄ dicūt q psona vltra naturā vl' entitatē positiuā nihil dicit nisi duplicē negationē duplic cōicabilitat. q: vt dicūt cōicabile đr dupl'r. Vno mō đr cōicabile plurib⁹ qđ ē idē cuil bet eoꝝ. ita q quodlibet sit ip̄m. sicut vl'e đr cōicari suis inferioribus. Alio mō cōicat aliquid vt forma qua al'qd est. sed nō est ip̄m. vt aīa cōicat corpori. ⁊ vtroq; modo deitas est cōicabilis. ⁊ neutro mō est psona cōicabilis. Et duplex est incōitabilitas q̄ ptinet ad rōem psone. ꝓpter quod aīa sepata lꝫ habeat p̄mā incōicabilitatem. nō tn̄ est psona. q: nō hꝫ scđam. Et ista opinione sequit q materia eēt suppositū non psona. q: sibi ɔpetit ista duplex incōicabilitas q: nec est cōicabilis vt vl'e. nec vt forma materie. Sil'r sequeret q natura assumpta eēt psona. q: neutro mō est cōicabilis. q: nō potest eē forma alicui⁹ nec est vnū vl'e cōe multis. Sil'r p̄us ōnsum est q nihil nisi sola dīna eēntia est cōicabilis p identitatē. q: in oībus alijs corpo so q aliq̄d cōicat alteri. nō est ip̄m nec ecōuerso. et ita nō cōicat sibi vt sit ipꝫ. Sil'r seq̄ret q p̄nitas eēt suppositū vel psona formal'r. quia nec est cōicabil' vt vl'e nec vt forma. q: f̄m istū alibi. relatio nec est actus nec forma essentie.

Si dicat. sicut dicit iste alibi q negatio duplicis dependētie est formale in rōne psone vl' suppositi. sꝫ negatio depēdētie actualis ⁊ negatio dependētie aptitudinalis. ⁊ ideo q iste negatiōes nō competūt illis de q̄bus argutū ē iō nō sunt psone. Nam aīe sepate nō pōt ɔpetere negatio depēdētie aptitudinalis nec materie. nec nature assumpte ɔpetit negatio dependētie actualis. Istud nō sufficit. q: ɔcedit q negatio duplicis incōicabilitat p̄dicere nō sufficit ad rōem psone. Sil'r ex isto sequeret q eēntia diuina eēt psona. q: sibi ɔpetit negatio duplicis depēdētie p̄dicere. q: nec eēntia dīna depēdet nec est nata depēdere. ⁊ eodē mō potest argui de qualibet relatione in diuinis. iō dico sicut p̄us q psona est suppositū intellectuale. ⁊ suppositū est ens ɔpletū ⁊c. Circa scđm dico q intentio p̄ma vocat res real'r existēs. Intētio aūt scđa vocat aliq̄d in aīa reb⁹ applicabile p̄dicale de noībus rerū qn̄ nō hn̄t supponē psonalē sed simplicē. sicut sūt spēs. genus. q̄ verificant de istis termis homo. aīal asinus lapis ⁊ hmōi. nō qn̄ supponūt psonalitē et ꝓ suis significatis. sed qn̄ supponūt simpl'r et a quolibet significato p talē terminū vere remouet. Vtrū aūt talia sint real'r ⁊ subiectiue in aīa. an obiectiue tm̄ nō refert ad ꝓpositum nec h̄ spectat detmīare ad logicū. q̄ tn̄ p̄ncipal'r distinctionē inter noīa p̄me ⁊ secūde intentionis hꝫ ɔsiderare. q: logicus p̄cise habet dicere q in ista ꝓpōne homo est spēs. subiectū supponit ꝓ vno cōi ⁊ nō ꝓ aliquo significato suo. Vtrū aūt illud cōe sit reale vl' nō sit reale. nihil ad eū. sed ad metaphisicū Ex istis patet q nomē scđe intētionis est illud qđ imponit ad significandū talia de noībus rerū p̄dicabilia qn̄ supponūt simpl'r ⁊ nō ꝓ suis significat. Ex quo pꝫ vlteri⁹ q nomē quod nō ex rōne institutōnis p talib⁹ supponit s̄ ꝓ aliq̄bus alijs nō est nomē scđe intētionis s̄ p̄me. ⁊ iđo talia noīa. suppositū. indiuiduū. singulare. psona. cū q̄tum est ex rōne institutōis sp supponūt ꝓ rebus. nec p̄nt ꝓ alijs supponere q̄tum est ex rōne institutōis. lꝫ aliqn̄ rōne alicui⁹ adiuncti ꝓpter quod adiūctū tota ꝓpō ē distinguēda penes tertiū modū equocationis. sequit q talia noīa sunt noīa p̄me intētionis ⁊ nō secūde. Assumptum patet. quia in talibus ꝓpōnibus om̄e suppositū est res om̄e singulare est substātia vel accn̄s. oīs psona est natura intellectualis. ⁊ in talibus vere est suppō ꝓ rebus. q: ista oīs psona est natura intellectualis nō verificat nisi ꝓ rebus. ⁊ nō ꝓ q̄buscūq; alijs. sed ista oīs spēs p̄dicat de plurib⁹ dr̄ntibus numero. nō verificat ꝓ aliqua re tali. sed precise ꝓ aliquo cōi predicabili de termino significāte res qn̄ supponit nō ꝓ rebus sed ꝓ se. Per predicta patet ad rōeꝫ p̄me opinionis q assumptū

D
Scđm p̄n. Quid intentio p̄ma ⁊ q̄d secunda

E
Ad p̄mā p̄te o.

est falsum ꝙ individuũ et suppositũ dicunt tm̃ rem scḋe intẽtõnis. imo statꝙ sunt noĩa ṗme intẽtionis. q: qñ supponũt ꝑsonalr. supponũt tm̃ ꝑ rebus. ⁊ verificant̃ de noĩbus rerũ qñ illa noĩa supponũt ꝑ suis significatis ⁊ nõ ꝑ seipsis. nec ꝑ aliis a suis significatis. Unde ista nõ est vera. homo est singularis nisi ꝑ re et nõ ꝑ aliqua intẽtione scḋa.

Obiicitur ṗmo

Sed ꝯ ṗdicta põt obiici ṗmo. q: sequeret̃ ꝙ ꝑsona nõ eẽt vnũ ꝑ se. q: includeret negatiões. sed negatio nõ fac̃ ꝑ se vnũ cũ positivo.

Secũdo

Preterea nullũ nomẽ ṗme intẽtionis est cõe omni enti nisi ens vel synonimũ enti vel passio entis. sed vnũ vel singlare nõ est aliqḋ hmõi. g̃ nõ est nomẽ ṗme intẽtionis. ⁊ ꝑ ꝯsequẽs nec suppositũ nec persona.

Tertio

Preterea sicut spẽs ad genus. ita singulare ad spẽm. g̃ sicut intẽtio spẽi est inferi⁹ ad intẽtionem generis. ita individuũ vel singulare erit intẽtio inferior ad intẽtionẽ spẽi.

Quarto

Preterea illud nomẽ in cui⁹ diffinitiõe ponit̃ intẽtio secũda est nomẽ scḋe intẽtionis. ꝗ in diffinitiõe individui ponit̃ intẽtio scḋa. q: sic diffinit̃. individuũ est quod de vno solo ṗdicat̃. ⁊ ṗdicati est intẽtio scḋa. g̃ ⁊c.

Quinto

Preterea ꝯ dicta prius ṗdicari vere cõpetit rei. q: res vere predicat̃. g̃ nõ sequitur tale nomẽ verificat̃ de re. ergo ẽ nomẽ scḋe intẽtionis.

Preterea albũ nigrũ et hmõi sunt termini accñtales. i. accñtium. ⁊ tm̃ supponũt ꝑ ipsis substãtiis. g̃ eadẽ rõne ꝙuis suppositũ ꝑsona ⁊ hmõi supponũt ꝑ rebus poterunt eẽ termini scḋe intẽtionis.

Rñdet̃ ad ṗmũ

F

Ad ṗmũ istorũ dico ꝙ ꝑsona est vnũ ꝑ se. sicut albũ ꝑ se est homo. Uerũtñ diffinitio exṗmens q̇d nois ipsius ꝑsone nõ significat ṗcise aliquod per se vnũ. q: ṗter naturã intellectualẽ ponunt̃ ibi negatiões que nõ significãt aliqua facientia ꝑ se vnũ cũ natura intelligibili. ⁊ ideo nõ ẽ diffinitio exṗmẽs q̇d rei. sed tm̃ quid nois. Ex isto sequit̃ ꝙ diffinitio exṗmẽs q̇d nois ꝑsone. nõ est exṗmens aliq̇d ꝑ se vnũ in quocũq; genere

Ad scḋm

G

Ad scḋm dico ꝙ vnũ. singulare ⁊ hmõi sunt passiones entis. q: sunt de ente ṗdicabilia tm̃ scḋo mõ dicẽdi ꝑ se. sed suppositũ vel potens esse suppositũ est passio sb̃e. q: ois substantia vel est suppositũ vel põt eẽ suppositũ. ⁊ ꝗ ꝑut substãtia ṗcise supponit ꝑ illis q̃ sunt per se in genere substãtie. Sed ꝑsona est passio illi⁹ qḋ est suppositũ ⁊ natura intelligibilis ita ꝙ ista aliqua res est ꝑsona si sit ꝑ se aliquo mõ dicendi ꝑ se. erit ꝑ se scḋo mõ dicẽdi ꝑ se ⁊ nõ primo modo. q: nunq̃ aliqḋ negatiuũ. nec aliq̇d i cuius diffinitiõe exṗmẽte q̇d nois ponit̃ aliquid negatiuũ ṗdicat̃ ꝑ se ṗmo modo de aliquo precise importãte rẽ sine tali negatõe. sed vel ṗdicabit̃ ꝑ accidẽs vel scḋo modo dicendi per se

Sed est aduertendũ ꝙ nolo dicere ꝙ illḋ qḋ ẽ suppositũ vel ꝑsona predicat̃ sic scḋo mõ dicẽdi ꝑ se. sed ꝙ isti termini q̃ sunt voces vel conceptus predicant̃ ꝑ se scḋo mõ.

Ad tertiũ

H

Ad tertiũ dico ꝙ non est omnino simile. q: sicut se hʒ spẽs ad genus. ita se hʒ singulare ad spẽm. q̇a illud quod est singulare est vna res extra aĩam. sed illud quod est spẽs vel genus nõ potest eẽ res extra aĩam. ꝙuis ẜm vnã opinionẽ de cõceptu possit esse subiectiue res exñs in aĩa seu itellectu. ꝙtum ad hoc est silẽ ꝙ de quocũq; ṗdicat̃ illud qḋ est spẽs qñ stat ꝑ reb⁹ de eodẽ ṗdicat̃ illud quod est singulare et nõ ecõuerso. sicut ẽ de illo qḋ est spẽs respectu illius qḋ est genus. Si dicat̃ si vnũ oppositorũ sit nomẽ scḋe intẽtionis. reliquũ est nomẽ scḋe intẽtionis. ꝗ vl̃e et singulare sunt opposita ⁊ vl̃e est nomen secũde intẽtõis. g̃ et singulare. Dico ꝙ assũptũ de q̇buscũq; oppositis nõ est verũ. ꝙuis esset verũ de oppositis ꝯriis. a quorũ vno possit aliquid transmutari ad reliquũ. si talia possũt eẽ quorũ vnũ esset intẽtio scḋa.

Ad quartũ

I

Ad quartũ dico ꝙ in diffinitiõe exṗmente q̇d nois individui ñ ponit̃ aliqua scḋa intẽtio. Uñ ista descriptio individuũ est qḋ predicat̃ de vno solo. nõ exṗmit quid nois. sed diffinitio sua exṗmẽs quid nois debet esse ista. individuũ est ens cõpletũ et nõ aliud vel aliqua hmõi. Preterea dato ꝙ eẽt eius diffinitio exṗmens quid nois posset dici ꝙ nõ sequit̃. intẽtio scḋa ponit̃ in ei⁹ diffinitõne. g̃ nõ est nomẽ scḋe intẽtionis. sicut nõ sequit̃ nomẽ aliqḋ ṗme intẽtionis ponit̃ i diffinitione spẽi. g̃ spẽs est nomẽ ṗme intẽtionis Unde hec est drã inter noĩa ṗme intẽtionis ⁊ scḋe. q: nomina ṗme intẽtionis sunt illa q̃ qñ supponũt ꝑsonaliter ṗcise stãt ꝑ rebus nõ inꝙtum ṗdicabilia de aliis. Noĩa scḋe intẽtionis stant ꝑ aliq̇bus ṗdicabilibus de rebus. sicut qñ dico ois homo currit homo stat precise ꝑ rebus. nõ inꝙtum ille res sunt de q̇buscũq; ṗdicabiles. sed qñ dico ꝙ ois spẽs ṗdicat̃ de pluribus differẽtib⁹ numero. subiectũ stat pro aliq̇bus inꝙtuʒ sunt ṗdicabilia de aliis.

Ad quintũ

K

Ad q̇ntum dico ꝙ ṗdicari põt dici intẽtio scḋa ꝙuis ꝯpetat vere rei. q: nõ tm̃ ꝯpetit rei. ꝗ etiaʒ intẽtioni scḋe. ⁊ q: nõ põt ꝯpetere rei nisi per opationẽ intellectus. vel põt dici ꝙ est vnum cõe ꝑ predicationẽ nõ ꝑ se ṗmo modo: rei ⁊ intentõnibus in aĩa. ⁊ ita equalẽter est nomẽ tã ṗme intẽtionis ꝙ scḋe.

Ad septimũ

L

Ad vltimũ dico ꝙ album ⁊ nigrũ ⁊ hmõi dicunt̃ termini accidẽtales. q: ꝙuis supponãt ꝑ subiectis. tñ ṗncipaliter importãt accidẽtia. nõ sic aũt est de illis terminis singulare. suppositũ. ꝑsõna et hmõi.

Sed hoc videt̃ esse contra ṗdicta. quia ṗus

dictū est φ termini ex rōne institutōnis semꝑ supponūt ꝓ suis significatis. ḡ ꝑncipalr̄ supponūt ꝓ illis q̄ ꝑncipalr̄ significāt. ḡ cū tales termini ꝑncipalr̄ significāt ipas formas ꝑncipalr̄ supponūt ꝓ ipis formis. Dico φ nō est magna cura q̄d dicat̄ de ꝑncipali significato taliū terminoꝝ. qꝛ quicq̄d dicat̄ de eis. tamen dico φ semꝑ rōne institutōis supponūt ꝓ ipis substātijs q̄ sunt significata ipoꝝ. q̄uis forte ipe forme sunt ꝑncipaliora significata. Et q̄ꝺ dictū est ꝑus debet intelligi q̄n terminꝰ nō hʒ duo significata. vnū ꝑncipale ⁊ aliꝺ q̄si ꝯnotatum vel datū intelligi. Ad ꝑmū ꝑncipale pʒ φ indiuiduū nō est nomē scḋe intētionis. sed ꝑme. Ad scḋm patebit dist. xxv. quō aliquod vl̄e ꝑdicat̄ de deo ⁊ aliqꝺ nō. qꝛ tale vl̄e quod vl̄r ꝑdicat̄ de pluribꝰ q̄ possunt eē vna res nō est incōueniens ꝑdicari de diuinis ꝑsonis. Ad tertiū dico φ nō sequit̄ q̄uis sit nomen prime intētōis φ sit synonimū cū natura itellectuali ꝯpleta. qꝛ in eius diffinitōe exꝑmēte q̄d nominis ponit̄ aliq̄d negatiuū. vel diffinitū per tale negatiuū quod nō ponit̄ in diffinitōe nature itellectual̄. Dist. xxiiij. Questio ꝑma.

Circa distinctionē. xxiiij. quero. Utrū vnitas qua deus ꝺꝛ vnꝰ sit aliq̄d additū deo. Et sic. qꝛ passio entia equalr̄ se hʒ ad vnitatē ⁊ diuersitatē ad oīe ens cuiꝰ est passio. sed vnitas creature dicit aliq̄d additum ipi creature. ḡ ⁊ vnitas dei dicit aliq̄d additum deo assumptū pʒ. qꝛ q̄n aliq̄d potest eē sine alio. et cū illo illud aliud est aliq̄d sibi additū. sed ista substātia pōt esse vna ⁊ post nō esse vna. ḡ vnitas est aliq̄d sibi additū. Preterea illud qꝺ ꝑdicat̄ de alio scḋo mō dicendi ꝑ se significat aliqꝺ sibi additū. sed esse vnum ꝑdicat̄ scḋo mō dicēdi ꝑ se de deo. ḡ ⁊c. Preterea q̄n aliq̄d ꝑdicabile de aliquo nō significat aliq̄d additū. addito vni alteri erit nugatio. ⁊ ꝑ ꝯn̄s hic esset nugatio vnus deus qꝺ est manifeste falsum. Ad oppositū si vnitas eēt aliqꝺ additū deo. aut esset aliquid absolutū. aut aliqua relatio addita. sed manifestū est φ nec est absolutū nec relatio addita. ḡ ⁊c. Ad questionē ꝺꝛ φ vnitas nō dicit aliquid positiuum additū deo. sed tm̄ dicit negationē diuisionis. Ad cuius euidentiā ꝺꝛ φ vnū vno mō ꝯuertit̄ cum ente. et alio modo est ꝑncipium numeri. Primo modo vnū nihil positiuū dicit additum rei. qꝛ illa ꝑuat diuisionē que est per oppositionē formalē que nullā quātitatē concernit. sed multitudo ꝯsequēs diuisionē ꝯm quantitatē ⁊ vnitas eā priuās sunt in genere q̄ntitatis. ⁊ iō illud vnū aliq̄d accn̄tale addit sup illud de quo dicit̄: qꝺ habet rōem mēsure. alias nūerus ex vnitate ꝯstitutus nō esset aliqꝺ accidēs nec alicuiꝰ generis spēs. Ista opinio in multis deficit. Primo i hoc qꝺ dicit φ vnū qꝺ ꝯuertit̄ cū ente priuat diuisionē formalē. ita φ multitudo opposita nō est nisi per oppositionē formalē. q̄a due aīe separate nullā habēt oppositionē formalē. ⁊ tm̄ sunt simpliciter multe. Scḋo deficit φ ponit φ vnū qꝺ ꝯuertitur cū ente nō dicit aliqꝺ positiuū additū. et tn̄ vnū in genere q̄titatis dicit aliqꝺ positiuū additū. Primo qꝛ q̄n aliqua duo sunt ꝯuertibilia ⁊ sic se habēt adinuicē φ neutrū addit aliq̄d sup aliud. tūc quecūq; ꝯtenta sub illis ꝯuertibilibꝰ sic se habēt adinuicē φ neutrū addit aliq̄d sup reliquū. ergo sicut entitas ens. ⁊ vnū cōiter se habēt φ vnū nō significat aliqꝺ additū enti. ita quātitas cōtinua ⁊ vnū ꝯuertibile cū ea qꝺ est principiū nūeri ꝑ istū. sic se habebūt φ vnū sic dictū non dicet aliq̄d positiuū additū quātitati cōtinue. Si dicat̄ φ ꝑter vnitatē: que est principiū numeri habʒ quātitas cōtinua aliā vnitatē sibi equalē que nihil addit quātitati cōtinue. ⁊ φ illa ꝑ se cōtinet̄ sub vno ꝯuertibili cū ente ⁊ nō vnitas que est principiū nūeri. Cōtra ex isto sequeretur φ eiusdē rei essent due vnitates qꝺ videt̄ impossibile. Preterea. ꝯm istū vnū qꝺ est principiū nūeri aliq̄d addit accn̄tale. qꝛ hʒ rōem mēsure. ꝯ vnitas quecūq; q̄titatis eq̄lr̄ hʒ rōem mēsure. ḡ q̄libʒ vnitas q̄titatis eq̄liter est ꝑncipiū nūeri. Preterea. si vnitas q̄ est ꝑncipiū nūeri aliq̄d adderet positiuū. aut illud positiuū additū esset aliquod absolutū aut relatio. Nō absolutū. qꝛ si sic vel sb̄a vel q̄titas vel q̄litas. ꝯ inductiue pʒ φ nihil taliū est additū. nec aliq̄d respectiuū. qꝛ q̄ro de fundamento ⁊ termio: ⁊ cū nō possit idē eē fundamētū ⁊ terminus respectus realis. ⁊ ipa quātitas est fundamētū: opʒ φ aliq̄d aliud sit terminꝰ illiꝰ respectus. ⁊ manifestū est φ nihil aliud pōt dari qꝛ quocunq; dato illo destructo poterit remanere ista q̄titas cōtinua. ⁊ ꝑ ꝯn̄s erit vna sine tali termino. Preterea. si ideo vnū qꝺ est ꝯuertibile cū ente nō addit aliq̄d positiuū. qꝛ solū ꝑuat diuisionē eadē rōe vnū qꝺ est principiū nūeri nō adderet aliq̄d positiuū. qꝛ solū ꝑuat diuisionē. Et vnō qꝺ ē principiū nūeri solū ꝑuet diuisionē ꝯm principia istius pʒ. qꝛ posita q̄titate cū indiuisione omi alio circūscripto: ipsa simplr̄ est vna. ḡ posita q̄titate nullo alio addito nisi sola indiuisione. ita φ nō sit actualr̄ diuisa simplr̄ ponet̄ vnitas. ḡ vnū qꝺ est ꝑnci

Contra opi.

D
Rñsio auc. qnez facit

Primũ

pium numeri nihil addit sup q̄titatez que est vna. nisi solũ priuationẽ diuisionis. Ideo alit dico ad questionẽ. Et pmo pmittã aliquas distinctiones. Scdo eliciã aliquas conclusiões mihi certas. Tertio relinquã aliquas magis dubias alijs vel alias discutiẽdas. Quarto dicam ad formã questionis. Quito mouebo dubia et soluã. Circa pmũ dico q vnũ dr de mltis. Aliquod em est vnũ quod nullã multitudinẽ realẽ partiũ realr distinctarũ includit. sic angelus est vnus. et aia intellectiua est vna. Aliquod etiã est vnũ quod multitudinẽ partium realẽ includit et illud subdistinguit. q quoddã includit multitudinẽ partiũ eiusdẽ rationis. et aliquod includit multitudinẽ partiũ alterius rõnis. Exemplũ pmi de q̄to q̄titate molis et de forma augmẽrabili p additionẽ partis ad partẽ de quo dictũ est supra. Exemplũ scdi de substãtia cõposita. Alia distinctio q aliquod vnũ est pprie et stricte. sicut illa de qbus dictũ est. Aliqd est vnũ improprie et large. sic regnũ dr vnũ vel popls vnus vel mũdus vnus. et est tale vnũ quod nõ põt pdicari nisi de mult. de quibus sic sumptis nullus cõceptus p se in gñe. nec aliqs silis sibi. q scz significet aliqs res nõ connotãdo aliqd põt vere pdicari sicut popls nec est homo nec est aial nec substãtia. nec ẽs sm q ens est cõe vniuocũ in quid omni enti de quo dictũ est pus. Vñ h est vera nullũ animal est populus. q qlibet singularis est vera. et p sñs h est vera populus nõ est aial. et ita de oibus cõsilibus. Alijs etiã modis põt dici vnum istis tñ sufficiũt ad ppositũ meũ. Tertia distinctio est q accñs multiplr accipit. vno mõ stricte p aliquo reali aliqd aliud formalr informãte. sicut albedo dr accñs pariet. quẽ formalr informat cũ quo nõ facit vnũ p se. Alio modo dr accñs multũ improprie p aliquo pdicabili qd cõtingẽter de aliq re ipa nõ corrupta pdicatur et isto mõ põt dici q creare accidit deo ex tpe qz scz creãs est vnũ pdicabile qd de deo pdicatur cõtingẽter deo nõ corrupto. Circa scdm

E
Secundũ pn.
Conclusio pma

pma cõclusio erit ista q hoc nomẽ vnũ vel vnitas pdicabile de aliq re simplici p carentiam quarũcũq partiũ realr distinctarũ nõ iportat aliqd reale additũ illi nec absolutũ nec respectiuum. Qz nõ absolutũ patet q illud vel essz substãtia vel qualitas. q omẽ absolutum simplex p carentiã quarũcũq partiũ est substãtia vel accñs sed illud absolutũ nõ potest eẽ substantia. manifestũ est. nec põt eẽ qlitas. Tum q p potentiã diuinã talis substantia possz separari a tali qlitate ipa substãtia remanẽte. et p sñs remanẽte vna sine tali qualitate. Tum q qlitas est vna sine aliq tali qlitate absoluta addita. g mltomagis ipa sba sm modũ arguẽdi cõmẽtatoris. iiij. metha. nec illud additũ poterit esse respectus realis additus. q ille nõ posset esse sine termino. sed illa sba põt esse vna sine omi alio termino. g. Dico ergo. q res talis est vna sine oi alia re siue absoluta siue respectiua addita. Verũtñ hec nõ est pdicatio p se pmo modo res est vna. s tñ scdo mõ si sit p se. et hoc q hoc pdicabile significat illã rez et quãlibet aliã de qua pdicat cõnotãdo aliqd aliud ad ista. ita q in diffinitiõe exprimẽte qd noia ponet ens. et aliquid negatiuũ. vt dicat q est ens et nõ entia. et si isto modo alij intelligãt qui dicũt q vnũ nõ addit vltra id qd est vnũz nisi negationẽ vel priuationẽ diuisionis vel multiplicitatis. cõcedo cũ eis. Si tñ intelligat illa additio alibi fieri nisi in diffinitiõe exprimẽte qd nois nõ videtur mihi q bene dicũt. q dica q talis res est vna nullo ymaginabili addito sibi. Si dicat q negatio cõpetit sibi. g aliqd addit sibi saltẽ negatio. Rñdeo. q aliqd cõuenire alicui est dupliciter. vel p realẽ inexistentiã vel cõuenientiã vel p pdicationez. Primo modo nihil aliud importatũ p vnũ cõuenit isti rei. Scdo mõ tale negatiuũ põt cõpetere sibi nõ per hoc q aliqd sibi cõpetat a pte rei. imo p hoc q aliqd sibi nõ cõpetit a pte rei. sicut aliquis dicit cecus: nõ ppter hoc q aliqua cecitas sibi cõpetat a pte rei. s p hoc q sibi nõ cõpetit visus a pte rei. q tñ sibi põt cõpetere. sic sortes dicit nõ albus nõ q aliqd imaginabile a pte rei sibi cõueniat. s q sibi non cõuenit albedo. et ita vlr talia pdicabilia negatiua cõpetũt illis de quibus predicãtur. nõ q aliqd ymaginabile a pte rei illis cõueniat. s quia aliqua sibi nõ competũt. Et iõ dicit phs ab eo q res est vel nõ est. est oratio vera vel falsa. et ita est in pposito q a dicit vnũ. nõ q aliquid sibi a pte rei cõueniat. sed q a est a et ens. et non est b. nec c. nec aliud ens ab a. nec alia ẽntia. Secũda cõclusio est q vnuz nõ est accidẽs illi qd est vnũ per carẽtiã quarũcũq ptiũ: nec pmo mõ: nec scdo mõ accipiẽdo accidẽs q nõ sit accidẽs. pmo mõ ptz ex pori cõclusione. Qz etiaz non sit accidẽs. scdo mõ ptz. q ista duo repugnãt. h res est demõstrata tali re simplici. et h res nõ est vna. Silr repugnãtia est q h res primo sit et q nõ destruat aliquid postea vl mihi mutet. et tñ hec res nõ sit vna. g sine oi destructiõe rei absolute nõ pñt illa duo verificari etiã successiue. et iõ vnũ nõ ẽ tale accidẽs tali. Verũtñ si accipiat accidẽs pro oi pdicabili nõ p se pmo mõ posset cõcedi esse accñs ppt rõem pus dictã. Tertia cõclusio erit ista. q vnũ nõ importat aliqd absolutũ adueniens illi qd est

F
Scda conclusio

G
Tertia conclusio

vnū scdo modo. scz cū multitudine partiū realiter distinctarū. q2 qn continuū diuidit vtraq3 pars est vna. sed nullū ē absolutū ibi qd prius nō fuit. ergo nō est ibi aliquod absolutū nouum. 7 tn quelibet partiū est de nouo vnum.

Preterea si sit aliquod absolutū. aut illud ē eiusdē rōnis cū illo qto vel qtitate vel alterius rōnis si eiusdē rōnis. g vna qtitas de nouo addet alteri qtitati quod ē incōueniēs. 7 ppt hoc nō magis diceē qtitas pcedēs vna p quātitatē aduenientē q ecōuerso. ex quo sunt eiusdem rōnis. Si aūt illud absolutū sit alteri9 rōnis 7 nō est alterius generis. q2 nunq3 de quātitas vna ppter aduentū vnius quātitatis absolute. g erit eiusdē gener9 saltē p reductionez 7 p 9ns cū faciant vnū oz q vnū sit materia 7 aliud forma. 7 p 9ns neutrū est p se in genere. qd ipimet negāt. Preterea omni alia forma destructa illa quātitate manēte erit vere vna. et p 9ns nō est vna ppter aduentū vnius forme absolute distincte realr.

D
Quarta cōclusio

Quarta cōclusio est ista. q vnū est accns omni enti quod est vnū p multiplicationē partiū realr distinctarum et eiusdē rōnis. et hoc accipiēdo accidēs secūdo modo. q2 demōstrata quacūq3 re includēte multas partes eiusdē rōnis. pōt deus de potentia absoluta separe vnā illarū partiū ab alia nullam illarū destruēdo quo facto. pmo erit hec vera hec res est vna. 7 scdo econuerso h falsa. immo hec erit vera h res nō est vna. g vnū cōtingēter sic pdicat de tali ente quod ē vnū. Sic g dico q vnū nō est accns tm qto s etiā omni habēti plures partes eiusdē rōnis. siue illd sit substātia siue qualitas siue qtitas.

I
Tertiu pu.

Circa tertium dico. q possent esse alique cōclusiones. Prima q compositū ex partib9 alteri9 rōnis ē vnū accntalr modo exposito. ita q si vna pars separaret ab alia nihil absolutū eēt corruptū. nō plus q qn aqua diuidit vel ignis. Alia cōclusio q vnū addit respectū vnionis partium sup illa absoluta q sunt ptes toti9. vl negat respectus distinctōis partiū 7 tn vnū nō importaret aliqd conueniēs illi qd est vnū nisi mediante sua parte. ita tn q nō ē denoiatiue ab illo qd cōuenit parti. sed ppter illā denoiatōez partis ab aliquo denoiaret illud vnuz altera denoiatiōe. sicut totū dr gnari ppter vnionez partiū. 7 tn totū nō vnit sicut vniunt partes. vel vnū importaret aliqd nō 9uenire parti qd tn si posset cōueniret. Ista 7 alia reliquo discutienda.

K
Ad 4 quod
ad quartu pri.

Ex pdictis rndeo ad formā qstionis q vnitas q de9 dr vn9. h est cui9 9cretū pdicat de deo non est aliqd absolutū additū deo. nec etiā aliquod respectiuū. nec etiā vnitas importat aliqd tale additū deo. Hoc pz. q2 pbatum est prius q nulla res simplex p carentiā oim ptiū est vna p aliqd sibi additū. s p hoc q ē ens 7 nō entia. s de9 est simplicissim9. g nō est vnū p aliqd reale sibi additū. s p hoc q est deus: et nō est aliud ens nec entia.

L
Quintus pricipale habet dubia

Circa quitū articulū dico. q circa pdicta pnt esse aliq dubia.

Primū

Primū. an vnū pdicet p se pmo vel scdo mō de oi illo de quo dicit. Et posset videri q non. q2 dictū est q vnū est illud qd est ens 7 nō entia. s hō est p se prio modo qd licz nō est entia s hec est p se pmo modo. homo nō est asin9. sm linco. 1. poste.

Scdm dubium

Scdm dubiū. an vnuz differat aliquo modo ab ente. 7 hoc ppter dictū phi. 7 cōmē. qui dicūt. iiij. metha. q vnū 7 ens dicūt eandē naturā.

Tertiu dubium.

Tertiū dubiū est de hoc qd dictū est prius q vnū nō importat aliqd conueniēs alicui a pte rei. sicut nec negatio nec priuatio nec habit9. q2 videt q hoc sit falsum. q2 circūscripto oni intellectu vna res nō est alia. g circūscripto oi intellectu negatio sibi cōuenit. Similr circūscripto oi itellectu ex natura rei cuilibet rei alterū 9dictoriorū vere cōpetit. g circūscripto oni itellectu sortes vel est plato vel nō est plato. 7 p 9ns sibi 9petit negatio talis oi itellectu circūscripto.

M
Ad primū dubiū

Ad primū istoz dico. De ista difficultate magis est difficultas vocalis q realis. si eni aliqs dicat q nulla ppositio est p se prio mō: nisi qn p se supius pdicat de inferiori. vel ps diffinitiōis de diffinito vel diffinitiōe. habet dicere q nulla ppositio negatiua est p se pmo mō. s si sit p se erit p se scdo mō. 7 hoc q2 pdicatū nō exprimit qdditatē nec ptē qdditatis illi9 qd iportat p subiectū. Alij aūt qui dicūt q ppositio imediata negatiua est p se primo modo. possent aliquo mō dicere q hec esset p se primo mō. de9 est vn9. et hoc q2 nihil est expressuz p pdicatū: qn vere exprimit aliqd iportatū p subiectū vel 9e negat aliquo mō imediate a deo. Sed qcquid sit de hoc nō est multū curandū. q2 sm diuersos itellectus hui9 qd dico p se prio mō esset dicenduz q ista de9 est vn9 esset p se pmo mō vel scdo mō 7 eodē mō de alijs de quib9 pdicat.

N
Ad scdm dubiū

Ad scdm dico. q ista. vnū differt ab ente: vel vnū 7 ens differūt pōt distigui. eo q termini pnt supponere simplicit vel psonalit. vl vn9 termin9 simplicit 7 ali9 psonalit. Primo modo dico q simplicit differūt nec sunt idē. qa tūc isti termini supponūt pro cōceptibus. 7 isti cōceptus siue sint tm obiectiue in mēte siue subiectiue non sunt idē cōcept9. Scdo mō dico q vnū nō differt ab ente nec simplr. nec sm qd. nec formaliter. nec quocūq3 mō pl9 q ens differt ab ente. Et si queraē de ista. vnū 7 ens differunt. Dico q hec est simplr cōcedēda. sicut ista hō et aial

differūt ꝑ diuersis singularibus. ⁊ etiā ista hō et homo differūt. ⁊ silr illa est concedēda. vnū et ens nō differūt. q̄a ille sunt due subcōtrarie que ꝑ diuersis singularibus verificant̄. Tertiō modo accipiēdo ens ⁊ vnū dico ꝙ dr̄nt. qr qñ dr̄ ꝙ dicūt eandē naturā. Verū est ꝙ illi cōceptus qui differūt dicūt eandē naturā. ſ nō sūt eadē natura. Unde multū refert dicere. sūt eadem natura ⁊ dicūt eandē naturā. sicut h̄ vox ensis ⁊ hec vox gladius dicūt eandē naturam et nō sunt eadē natura. Et si dr̄ ꝙ ſm phm idē est dicere. ens homo ⁊ vnus homo. ḡ ēs homo et vnus homo sunt idē ⁊ nō solū importāt idē. Rn̄deo ꝙ intētio phi est dicere ꝙ idē est dicere ens homo et vnus homo. qr nihil quod sit a parte hoīs importat̄ ꝑ vnū q̄d nō importet̄ ꝑ reliquū. Et si dicat̄ ſm phm vnū est passio entis. Dico sicut ꝓus ꝙ ꝓpꝛie accipiēdo passionē nun q̄ est idētitas realis inter subiectū ⁊ passionē nec est de rōne passionis cōuenire realr̄ illi cuius est passio. sed tm̄ de rōne ipius est ꝑdicari de subiecto. nō ꝑ se, sed ꝑ illo qđ importat̄ per subiectū connotādo cū hoc aliq̄d.

Ad tertiū dubiū

Ad tertiū dico sicut ꝓus ꝙ circūscripto omni intellectu vna res nō est alia. nō qr negatio vel aliq̄d tale vel quodcūq; aliud sibi cōueniat. sed qr vna res sibi nō cōuenit. Si dicat̄ ꝙ posita cōstātia subiecti a negatiua ad affirmatiuā de ꝑdicato negato ē bona ꝯña. sicut bene sequit̄. sortes est asinus ⁊ sortes est. igit̄ sortes est nō asinus. ḡ silr sequit̄. homo nō est asinus ⁊ homo ē ergo homo est nō asin⁹. ⁊ vlterius. ḡ ista negatio nō asin⁹ ꝯuenit homini. Ad istud dico ꝙ talis ꝯña semꝑ est bona. si sit intellect⁹ faciēs eā ⁊ eodē mō si sic intellectus sic arguēs. hō nō ē asin⁹. ⁊ homo est. ḡ homo est nō asinus. vel sic formās ꝓpōnē. tūc hōi ꝯpetit nō asin⁹. nō i re sed ꝑ verā ꝑdicationē. quecūq; dē ꝑdicatio est ꝟa nō qr hōi extra aliq̄d ꝯpetit. sed qr aliq̄d puta asinus sibi non cōpetit. Per h̄ ad illud quod arguit̄ ꝙ circūscribēdo oēm intellectū ex natura rei cuilibet cōpetit alterū ꝯdictorioꝝ. Dico ꝙ ista ē simplr̄ falsa. qr semꝑ alterū ꝯdictorioꝝ nulli rei ꝯpetit nisi ꝑ ꝑdicationē cui q̄ nullo mō pōt eē sine omni intellectu. sicut nec aliq̄ ꝓpō nisi forte in voce. sed h̄ nō est ad ꝓpositū.

Et si dicat̄ ꝙ circūscripto omni intellectu. aut hō est asin⁹. aut hō est nō asin⁹. nō pōt dici ꝙ sit asin⁹ circūscripto omni intellectu. ḡ hō ē nō asin⁹. sed si hō est nō asin⁹. nō asin⁹ cōuenit sibi. ⁊ ꝑ ꝯñs circūscripto omni intellectu non asinus ꝯpetit homini. ⁊ ꝑ ꝯñs negatō. Rn̄spōdeo ꝙ circūscripto oī intellectu homo ē nō asinus. sed nō sequit̄ circūscripto omi intellectu homo est nō asin⁹. ḡ circūscripto oī intellectu nō asinus cōpetit hōi sicut nō sequit̄ ſm vnū doctorē circūscripto oīū intellectu. homo est nō asinus. ḡ circūscripto oī intellectu. hec est vera. homo est nō asin⁹. cū depēdeat ab intellectu ꝙ hec sit vera. hō est nō asin⁹. ita licet nō depēdet ab intellectu ꝙ hō est nō asin⁹. tm̄ depēdet ab intellectu ꝙ nō asin⁹ cōpetat hōi. q̄a nō pōt sibi ꝯpetere nisi ꝑ ꝑdicationē ⁊ nō realiter. Exemplū hui⁹ pōt poni. posito ꝙ heri nulla vox fuisſ3. ⁊ ꝙ homo fuisset alb⁹. hoc posito hec ꝓpositio in voce vel ꝓlata. homo fuit heri alb⁹ ē vera. ⁊ ꝓferēdo vocē verū dico ꝙ hō fuit heri alb⁹. et tm̄ hec ꝓpō ꝓlata. hō est alb⁹ nō fuit heri vera. qr heri nō fuit ꝓpositio ꝓlata ꝑ ypotesim. ⁊ ꝑ ꝯñs nulla ꝓpō prolata fuit heri vera. Simil̄r si nullus intellect⁹ esset adhuc hō nō esſ3 lapis. ⁊ tm̄ hec nō esset vera. tūc hō nō est lapis. qr nulla ꝓpō esset tūc. Et hui⁹ rō. qr ex re dependet veritas ꝓpōnis. q̄uis nō ecōuerso. imo ad hoc ꝙ homo sit asin⁹ vel non sit asin⁹ nihil facit intellect⁹. ſ ꝙ hec ꝓpō hō nō est asin⁹ sit vera non sufficit ꝙ homo nō sit asin⁹. ſ requirit̄ ꝙ ista ꝓpō. hō nō est asin⁹ sit.

D Ad primū principale.

Ad primū principale dico. ꝙ passio entis eq̄liter se habz ſm idētitatē vel diuersitatē. ⁊ iō passio entis cū nullo subiecto ē eadē realr̄. Similiē illud qđ iportatur ꝑ passionē ꝑter qđ importat̄ ꝑ subiectū eq̄liter se habz. et iō cōcedo ꝙ vnitas ꝑdicabilis de deo aliq̄d iportat qđ nō est realr̄ de⁹. scz creaturā. qr qñ dicit̄ deus est vnus. iportat̄ ꝙ de⁹ est de⁹ ⁊ non est dij nec creature nec alia entia. ſ non opz ꝙ illud iportatū sit aliqđ additū. ſ pōt esse aliqđ qđ nullo mō pōt addi. Et qñ dicit̄ ꝙ hec sba modo est vna ⁊ postea nō est vna. Dico ꝙ illud qđ sic ꝑdicat̄ nō est ad ꝓpositū.

Ad secundū

Ad scđm dico ꝙ nō ꝑ illud qđ ꝑdicat̄ de aliquo scđo mō significat aliqđ additū. ſ sufficit ꝙ significet aliq̄d aliud siue possit addi siue nō. ⁊ sic est in ꝓposito. Per idē ad tertiū ꝙ ad vitādā nugatiōē3 sufficit ꝙ illud cui addit̄ vnū nō ꝯnotet aliq̄d aliud tali modo quo vnū connotat. licet illud nō addat̄.

Questio secunda.

A Questio II

Ecūdo quero circa eandē distinctionē.

S Ecūdo quero circa eandē distinctionē. Utrū trinitas ꝑsonarū sit ver⁹ nūerus.

Arguitur

Et nō qr nūerus est accidēs et spēs q̄titatis. ſ trinitas nō est accidēs nec spēs q̄titat̄. ḡ ⁊c̄. Minor est manifesta. Maior pz ꝑ phm in ꝑdicamētis.

Scđo

Preterea. oīs nūerus est maior sua pte. ſ trinitas nō est maior q̄cūq; pte sua. qr nō habet ptē. ḡ nō est nūerus. Ad oppositū trinitas sicut ternari⁹ est spēs nūeri. ḡ trinitas ꝑsonarū est ver⁹ nūerus.

B Circa q̄oēm

Circa istā q̄stionē ꝑmo

vel spēs. sed sicut indiuiduū vagum. Noīa eni
generū vel spērū vt homo aīal imposita sūt ad
significandū ipās naturas cōes. nō intētiōes
naturarū cōmuniū. sed indiuiduū vagum. vt
aliq̄s homo significat naturā cōem cū aliquo
modo determinato exn̄di qui ɔpetit singl̄arib⁹.
vt scz sit p se subsistēs distinctū ab alijs. sed in
noie singularis designati significat determina
tum distinguēs. sicut in noie sortis. ⁊ h̄ caro. ⁊
hoc os. hoc tn̄ iterest q̄ aliq̄s homo significat
indiuiduū ex parte nature cū modo exn̄di qui
cōpetit singularib⁹. hoc aūt nomē psona non
est impositū ad significandū indiuiduū ex pte
nature. sed ad significandū rez subsistentē in
tali natura. hoc aūt est cōe fm̄ rōem psonis di
uinis vt vnaqueq; earū subsistat in diuina na
tura distincta ab alijs. ⁊ sic hoc nomen psona

Querit R
Rñdet

cōe est tribus psonis. Contra istā opinionē
Primo contra hoc quod dicit q̄ homo aīal et
hmōi significāt ipās naturas cōes. nō intētio
nes naturarū. Contra. homo ⁊ aīal ⁊ hmōi si
gnificāt pmo entia realia ⁊ nō tm̄ entia i aīa.
sed realr̄ ex aīam nō est aliquod cōmune. s tm̄
in anima. sicut pbatū est ṗus ⁊ ipe ɔcedit. igit
nō significāt pmo ipās naturas cōes. Si di
catur q̄ ipa res ex fm̄ esse suū in anima est cō
munis. q̄uis nō fm̄ esse suū extra aīam. Con
tra hoc argutū est ṗus ⁊ ostensum q̄ nulla res
qualitercūq; considerer. nec fm̄ aliquod esse est
cōis. sic eni possem dicere q̄ sortes fm̄ esse suū
in aīa est cōis oi homini. ⁊ q̄ sortes fm̄ eē suuz
in anima est plato. Et isto sequeref q̄ falsum
est quod dr̄ de singulari vago. q: nullū ē singu
lare nisi sit hoc singulare determinatū vel illud
ḡ nullū est singulare vagū. Pretea singl̄are
vagum aut est res extra aīam. aut in aīa tātū.
si extra aīam. opz q̄ sit aliqd̄ singulare demon
stratum vel determinatū. q: fm̄ oēs a pte rei
nihil est nisi natura ⁊ differētia ɔhēs naturaz
vel ipm̄ constitutū ex his qd̄ est singulare det
minatū. Silr̄ illud singulare vagū aut ē sepa
ratum a quolibz singulari determinato. aut est
in quolibet singulari determinato. Si det pmū
ergo est ydea platonis. Si det scd̄m. ḡ vel est
vnū singulare in oibus. ⁊ tūc esset cōe cōitate
rei oibus singularibus ⁊ esset magis cōmune
q̄ natura que plurificat vel erūt tot singl̄aria
vaga quot sunt determinata. ⁊ ex hoc ipo nullū
illoꝝ est vagū. sed quodlibet illoꝝ est determi
natum. Silr̄ si in sorte sit vnū singulare vagū
⁊ illud singulare sit determinatū ad sortē. ita q̄
nō esset in aliquo alio indiuiduo determinato. n̄
est maior rō q̄ illud sit singulare vagum. q̄ q̄
sortes sit singulare vagū. Ex istis patz q̄ nō
valet quod dicit q̄ singulare vagū vt aliquis
homo significat naturā cōem cū aliquo deter
minato modo existēdi qui competit singulari
bus. Tum q: nulla est natura cōis a parte rei.
et p ɔ̄ns nō significat naturā cōem. Tum q̄a
ita significat fm̄ illos homo naturā cōem cuz
determinato modo exn̄di qui competit singu
laribus. q: aliter nō differret in significatōne
homo ⁊ humanitas. quod isti negant. Similr̄
nō intelligibile est quod dicit q̄ aliquis homo
nō significat idiuiduū ex parte nature cū mo
do existēdi qui cōpetit singularibus. s psona
significat rē subsistētē in tali natura. quia ita
significat aliquis homo rem subsistentē in ta
li natura sicut psona. Ideo dico q̄ nō est ali
quod tale singulare vagū. nullū eni singulare
vagat p mundū. nisi sortes ⁊ plato. vel aliqd̄
tale singulare determinatum. quia nihil est a

Z
Arguit p. 3 opi.

Scdo

M
Snia auctoris

parte rei nisi singulare determinatū. sm intellectu sunt cōia ꝛ vlia. ꝛ ideo nulla natura realis est cōis nec a parte rei est aliq̄ natura cōis sꝫ quodcū꜒ ee. Et si dicat ꝙ aliq̄s homo et homo dn̄t. q̄ nō hn̄t idē significatū. silr sortes et aliq̄s homo nō hn̄t idē significatū. ꝛ sortes significat singlare determinatū. ꝛ homo naturaꝫ cōem. q̄ aliq̄s hō significat singulare vagum. Rn̄deo ꝙ homo ꝛ aliq̄s homo sm ꝙ accipiuntur ꝓ rebus nō dn̄t. h est illa ꝓpō est falsa aliquis homo ꝛ homo dn̄t. si termini accipiant ꝓ rebus vel ꝓ significat. qꝛ idē oīno significat ꝑ vtrū꜒ terminū. sed si accipiant ꝓ ipsismet termis qui nō sunt a parte rei. sic est ꝓpō vera qꝛ sic dicēdo aliq̄s homo ponit illud quod qn̄ ponit dr homo. ꝛ sibi addit vnuꝫ sincathegoreuma quod nō hꝫ aliqd̄ ꝑ se significatū. s cōsignificat cū alio adiūcto. et aliq̄s hō nō plus significat singulare vagū. ꝙ oīs hō significat singulare vagū. nec distinguunt ꝙtū ad significata. sed ꝓpter diuersa sincathegoreumata addita q̄ sunt signuꝫ vle ꝛ signū ꝑticulare pōt aliq̄d verificari de vno ꝛ nō de alio. sicut hec ē vera aliq̄s homo est sortes ꝛ homo est sortes. ꝛ h est falsa oīs homo est sortes. nō qꝛ aliquis hō significat singulare vagū. ꝛ oīs hō nō significat singulare vagū. sed qꝛ qn̄ signū particlare addit huic termio hō respectu alicui⁹ p̄dicati nō significat nisi ꝙ isti singulari determiato vl isti vel illi ꝯpetat tale p̄dicatū. sed qn̄ eidē termino addit h signū oīs denotat ꝙ tale p̄dicatum ꝯpetit isti homini ꝛ isti. ꝛ sic de oībus hominib⁹. ꝛ sic homo ꝛ aliq̄s homo idē hn̄t significatū. s hoc sincathegoreuma aliq̄s in multis ꝓpōnibus facit huc terminū hō stare determiate ꝓ singularib⁹ determinatis ꝓ quib⁹ posset nō stare si auferet. s eēnt ꝓpōnes distinguēde penes tertiū modū eq̄uocatōnis. eo ꝙ terminus posset stare ꝓ singularib⁹ vel cōi ad singlaria.

Qualr aūt sortes ꝛ homo vel aliq̄s hō diuersa significāt. ptꝫ ex dist. ij. Sed qn̄ querit q̄li cōitate est ꝑsona cōe trib⁹ ꝑsonis. Dico ꝙ non cōitate rei illo mō quo eēntia est cōis trib⁹ personis. sed cōitate vocis vel ꝯceptus eo modo ens vel vnū est cōe multis. Uerūtn̄ nō est p̄dicabile in q̄d de trib⁹ ꝑsonis. s p̄dicat de eis secūdo mō dicēdi ꝑ se sicut dictū est dist. xxiij. q̄uis ꝯceptus adstrahibil ab eis ab intelligēte distinctas ꝑsonas possit p̄dicari de eis in q̄d ꝛ ꝑ se p̄mo mō. s talē nos habere nō possumus.

Ad p̄muꝫ p̄ncipale dico ꝙ ꝓcedit de illo q̄d p̄mo ꝛ ꝑ se significat eēntiā ꝛ ꝑsonā. Ad scd̄ꝫ dico ꝙ ꝑsona ꝯstituit formalr tam ꝑ essentiaꝫ q̄ ꝑ relationē. ꝛ iō nec eēntia nec relatio p̄mo significat ꝑ ꝑsonā. sed constitutū ex essentia ꝛ relatione. Ad tertiū dico ꝙ illud quod importat distinctionē vel distincta in diuinis vl importat relationē vel constitutū ꝑ relationem. sicut ipa relatio constituēs. ꝛ ideo persona significat constitutū ex eēntia ꝛ relatōne. Ad primū argumentū in oppositū. qꝛ ꝓbat equaliter ꝙ ꝑsona nō significat cōstitutū ex relatōe. sicut ꝙ nō significat relationē. Dico ꝙ aliq̄n termin⁹ significat p̄cise relationē vel relatiuū et aliq̄ndo nō p̄cise relationem vel relatiuuꝫ. Si p̄mo mō h pōt eē duplr. vel qꝛ est p̄dicabile de aliquo vno relatiuo. vel qꝛ de mult̄ sil. et nō de vno ꝑ se posito. si p̄mo mō semp sm illō nomē dr ad aliq̄d sub aliq̄ hitudine. sicut pr dr pater filij. scd̄o mō non dr ad aliq̄d. sicut trinitas significat p̄mo ꝑsonas relatiuas. sed non dr de aliq̄ ꝑ se. sicut h nō ē vera pr est trinitas Sed de trib⁹. qꝛ h est vā pr ꝛ filius ꝛ sp̄ussctūs sūt trinitas. ꝛ iō nō dr alteri⁹ trinitas. Si aūt sit nomē vel termin⁹ q̄d nō p̄cise significat relationē vel relatiuū. h pōt eē duplr. vel quia ē cōis. ꝛ sic p̄dicat de alijs sicut de relatiuis. cuiusmodi est h nomē ens. ꝛ sm tale nomē nō dr aliq̄d ad aliq̄d q̄ntūcū꜒ significet relationem vl relatiuū. ꝛ tale est h nomē ꝑsona. ꝛ iō q̄uis pr sit ꝑsona. nō tn̄ oꝫ ꝙ dicat alicui⁹ ꝑsona vel nomē. vel termin⁹ nō significat p̄cise relatōeꝫ vel relatiuū. qꝛ significat relationē vel relatiuū cū adiūcto q̄d nō significat p̄mo relatiuuꝫ cuiusmodi est iste termin⁹ ꝑsona diuina. et ad h sm talē terminū nō oꝫ ꝙ dicat ad aliq̄d. verū tn̄ sm illū ꝯceptū q̄ eēt adstrahibil a diuinis ꝑsonis possꝫ dici ad aliq̄d. sed talē nō habem⁹.

Ad scd̄m ꝙ augustin⁹ dicit capit sbam pro ipo ꝯstituto ex eēntia ꝛ relatōe. sicut dicim⁹ ꝙ humanitas est sba hoīs. et ita ꝑsona solum dicit substantiā patris. hoc est vnum constitutū ex omni illo quod est de substātia patris vel de quidditate patris. Ad tertiū patet ꝙ ꝑsona dicit ad se quia nō dicit ad aliud. sicut res dicitur ad se. et tamē dicimus ꝙ ꝑsone sunt tres sicut dicit beatus Augustinus p̄mo de doctrina christiana. ꝙ res quibus fruēdū est sūt pr ꝛ fili⁹ ꝛ sp̄ussctūs. Distin. xxvi. Questio p̄ma

Circa distictionem. xxvi. quero. Utrum diuine ꝑsone constituantur et distinguant per relationes originis. Et nō qꝛ nihil cōstituit in eē ꝑfectissimo per aliquid quod est minime entitatis. sed inter omnia relatio est minime entitatis. ergo per taleꝫ relationē substātia p̄ma cuiusmodi est ꝑsona diuina non constituitur.

Ad tertiū | R Ad argumētum p̄mum | S Ad scd̄m | T Ad tertiū | Distin. XXVI A Questio I | Et nō p̄mo | Respondet | Respondet

Scđo

Preterea psona nō constituit nisi p aliquid reale. g nō constituit p relationē vt distinguit ab eēntia nec cōstituit p relationē vt est eadē essentie. qꝛ tūc constitueret p essentiā. g nullo

Tertio

modo constituit p relationē. Pretea oi actō ni psupponit suppositū qđ agat. generationi diuine psupponit supppsitū quod gnneret. g illud suppositū nō cōstituit illa gnatōe.

In oppositū

Ad oppositum. vnūquodqꝫ distinguit a quolibet alio p aliquod ppriū sibi. sed nihil ē ppriū pri. nisi pnitas. g p pnitatē distinguit ab oi psona. Ex hoc vltra eodē aliqđ vltimate ɔstituit quo ab oi alio distiguit. sꝫ pnitate distinguit ab oi alia psōa. g ꝛc.

B
Varie opi.

Circa illā qōnē sūt multe opīones vna est ꝙ psone seipīs distinguāt. secūda ꝙ precise p relatōes reales distinguant. tertia ꝙ pmo distinguant per pprietates adsolutas ꝛ quasi secūdario p relatōes. qrta possꝫ esse opinio ꝙ pcise distinguūt p pprietates absolutas.

Pro pma arguit pmo

Pro pma opiniōe posset argui pmo sic. simplr simplex a quocūqꝫ distiguit ab illo seipo distinguit. sed pr est simplr simplex ꝛ distinguit a filio. g seipo distinguit a filio.

Scđo

Preterea si vna psona nō seipa distigueret ab alia hoc nō eēt nisi qꝛ vna realr cōuenit cuꝫ alia. qꝛ oñsū est pus ꝙ idē seipo. ꝛ se toto pōt cōueire realr cū aliquo ꝛ differre realr ab eodeꝫ. ergo vna psona realr seipsa cū alia ɔuenit ꝛ differt realr seipa ab eadē.

C
Cōtra opi pmā.

Cōtra istā opīonē qn aliqua sic se hnt ꝙ aliquid oino indistinctū est i vtroqꝫ. ꝛ tñ aliqđ ē in vno quod nō est in alio. illa nō seipīs distinguunt. sed in pre ꝛ in filio ē essentia diuina q est oino indistincta. ꝛ paternitas est in pre que nō est in filio. g pr ꝛ filius nō seipīs pmo distinguunt.

Cōtra scđa3 rō.

Ex hoc pꝫ ꝙ scđa rō nō valet. qꝛ qūuis idem cū eodē possit conuenire realr ꝛ differre realr. tñ qn aliqđ omnino indistinctū ꝛ oino idē est in vtroqꝫ. ꝛ aliqđ est in vno ꝛ nō in alio. tūc nō seipīs pmo distiguūtur. Cui9 rō est. qꝛ qn aliqua seipīs distinguūt pmo nō est aliquod in vno qđ nō distiguat ab alio. sicut nihil est in sorte qđ nō distinguatur a platone. sꝫ qn aliqđ est oino idē in vtroqꝫ. tūc neutrū illoꝝ illo oino eodē in vtroqꝫ distiguit ab altero. ꝛ ideo pr nō distinguit p essentiaꝫ a filio. sed p pnitatē distinguit. g nō seipo pmo distinguit a filio.

Ad pmā rōnem

Ex p hoc pꝫ ad pmā rōem ꝙ simplex nō constitutū ex aliquo cōi sibi et alijs et aliquo ppo sibi seipso distinguit a quocūqꝫ distinguit. sed sic est de pre. qꝛ in ipo est eēntia q est cōis sibi ꝛ alijs psonis. ꝛ pnitas est ppa sibi. ideo ꝛc.

D
Secūda opi.
Probat pmo

Scđa opinio est ꝙ psone diuine constituunt ꝛ distinguunt p relatōes. Hoc pbat pmo. qꝛ duo absoluta distincta realit non possunt esse idem realr. sed si psone diuine cōstituerent p pprietates absolutas in deo eēnt plura absoluta realr distincta. ergo nihil ideꝫ realr esset plures psone diuine. ꝛ ita nō essent vn9 de9.

Scđo

Pretea arguit. oē ɔtibile p aliqđ eiusdē generis est potētionale respectu illius ꝫ nō respectu ɔtentis alterius generis. sed si suppositū constitueret p aliqđ absolutū natura diuina determinaret p aliquod eiusdē generis scꝫ de gnē substātie. g est potētionalis respctū illius. qđ falsum est.

Tertio

Preterea relatiuo iquātū tali repugnat esse sine extremo correlatiuo qꝛ eē relatiuū ꝛ nullius extremi scꝫ termini includit ɔdictionē. sed si pma psona constitueretur p aliquid adsolutuꝫ nō repugnaret sibi eē sine scđa vel sine qnacūqꝫ alia. Nūc autē sic est relatiua repugnat sibi eē sine scđa. g nō cōstituit p aliqđ absolutū.

Quarto

Preterea pma psona nihil acquirit sibi p actū gnatōis filij qꝛ qcqđ habet filius nascēdo accepit a pre et pater prius origine hꝫ quicqđ potest habere ꝙ filius vl spūssanctus pducat. sed si pater esset persona absoluta acqreret pnitatē p actū generatōis et p ɔñs faceret se prem ex consequēti. qꝛ prius origine eēt psona absoluta. ꝛ esset aliqs āteqꝫ gnaret. sicut sortes albus faciēs filiū album. facit ex consequēti se silem illi. hꝫ aūt est falsuꝫ ergo relatio originis nō est aduētitia cōstitutiuo patris. Alie auctētes ꝛ rōes adducunt p ista parte. qs longū esset recitare.

E
Tertia opi.

Tertia est opinio ꝙ psone constituunt p pprietates adsolutas pmo ꝛ p relatōes quasi ex ɔñti vel distiguunt p illas.

Probat pmo

Prima ps pbatur multiplr. primo comparādo relationē ad relatū. Primo sic. omni relatōe aliqđ refert formalr. g paternitate diuina aliqđ refert formalr sed nō eēntia. ergo suppositū ꝛ vltra. ergo nō ɔstituunt p relationē. qꝛ oi relationi est preuiū aliqđ qđ refert illa relatōe. quod denoīatiue dꝛ referri.

Confirmat

Confirmat. qꝛ illđ quod refert pus est ad se ꝙ referat. g suppositū pus est ad se ꝙ referat et p ɔñs nō constituit in esse suppositali p relationē.

Scđo

Pretea ois relatio realis pexigit distinctionē aliquoꝝ in diuinis ꝛ nō nisi suppositorum. g.

Tertio

Preterea ois relatio pmo terminatur ad adsolutū sed nō ad eēntiā. ergo ad suppositum.

F
Alia arguit

Scđa via arguit comparādo relationem ad originē. Nam pncipiū originis est pus originato.

Primo

Tūc arguit sic. si psone nō sūt adsolute sed pmo relatiue. tunc non est aliud prem originare filiū ꝙ prem habere filiuꝫ correlatiuum. sed pater ex se eo ꝙ pater habet filium correlatiuū. quia in nullo instanti nec nature nec originis potest intelligi pater sine filio vel nisi intelligat habere filium. ergo non originat eum.

Scđo

Preterea illud nō originatur

quo posito circūscripta omni actōe h₃ totum suū esse. sed relatiuū circūscripta omni actiōe est. eo ꝙ suū correlatiuū est. ergo ꝛc. Preterea relatio nō pōt originari nisi aliquo absoluto prius originato. ſm ph₃. v. phi. ergo ꝑsona diuina q̄ ꝓmo originat̄ nō pōt esse relatio subsistēs. sed oportet ponere absolutū quod ꝓmo originaretur. Preterea tunc nulla ꝓductio in diuinis ē generatio. q̄ nō erit ad substantiā ꝓmam. sed ad relatōnē. Preterea oīe relatiuū eque naturalr̄ respicit suū correlatiuū. ergo eque naturaliter spirans respicit spiratu₃. sicut generans generatū. ergo si ꝓductum vtraq₃ ꝓductione est tm̄ relatiuū vtraq₃ eque naturalr̄ ꝓducet̄.

Preterea suppositū aliquo modo ꝑintelligit̄ actioni. ergo in illo ꝑoꝛ illud suppositū est aliquid ad se. Confirmat̄. q̄ quacūq₃ prioritate vnū correlatiuū ꝑintelligit̄ alicui. eadem prioritate reliquū correlatiuū ꝑintelligitur eide₃. ꝓpter simultatē relatiuoꝝ. Preterea ſm phm vij. meth. forma est ꝑoꝛ composito. ergo ꝑnitas est ꝑoꝛ ꝑsona. et ꝑ ꝯñs relatio opposita est ꝑoꝛ ꝓma ꝑsona. Tertio ꝑncipalr̄ arguitur ex rōne ipsius constitutiui. q̄ quicq̄d constituit formalr̄ aliquid in aliquo esse ꝛ in vnitate correspondente tali esse. se toto repugnat distinctioni opposite tali esse. ergo si ꝑnitas constituit suppositū in esse ꝑsonali sub rōne incommunicabilis. op₃ ꝙ ꝑnitati ꝓmo ex rōne sua repugnet cōicabilitas. sed hoc falsum est. q̄a nulla q̄ditas de se est incōicabilis. Preterea opposita relatiua vniformiter se habēt ad incōmunicabilitatē. sed spiratio actiua nō ē de se incōicabilis. ergo nec spiratio passiua. Preterea si ponerent̄ quecūq₃ positiōes impossibiles vel incōpossibiles stante intellectu rōnali repugnaret sibi diuidi in plures naturas specificas. sed posita positione impossibili ꝙ ꝑoꝛ esset ꝓductio volūtat̄ ꝙ̄ intellect⁹. saluata tm̄ rōne gñationis et spirationis. spiratio actiua esset in vno supposito. ꝛ gñatio actiua esset in duobus. q̄a tūc spūssanctus in illo instanti in quo spiraret̄ cōicaret̄ vis generatiua. ergo modo gñationi actiue in se nō repugnat formaliter cōicabilitas. Item iuxta istā viam arguit̄ sic ab vltimis distinctiuis ꝛ ꝯstitutiuis aliquoꝝ nō potest abstrahi aliquod cōmune dictu₃ de eis in quid. sed aliquid tale abstrahit̄ a paternitate ꝛ filiatōe. ergo ꝛc. Preterea ꝑncipiū constitutiuū suppositi in aliqua natura facit ꝑ se vnū cum illa natura. sed ex absoluto ꝛ relatōe nō fit aliq̄d per se vnū. ergo. Confirmat̄ quia ꝓma identitas est nature ad ꝓpriū suppositū q̄ nō includit aliq̄d alteri⁹ generis. Cōfirmat̄ scdo. q̄ aliter esset maioꝛ idētitas nature create ad suppositū suū ꝙ̄ nature diuine ad suum.

Preterea ꝓma substātia est maxime substantia ſm phm in ꝑdicamētis. ꝛ h̄ nō est imperfectionis. ergo hoc deberet poni in diuinis. ergo relatio nō cōstituit ꝓmā substantiā in diuinis. Quarto arguit̄ ꝑ auctores. Primo augu. vij. de tri. ca. viij. omnis res ad se subsistit. q̄nto magis deus et loquit̄ de subsistere quod couenit substātie ꝓut greci accipiūt s̄bam. Accipiūt eīm h₃ ipsm substantiā sicut nos ꝑsonā. ergo ꝑsona ad se ē et ita est absoluta. Preterea oīa q̄ ponunt̄ in diffinitiōe ꝑsone a Boetio vl̄ Rich. sunt absoluta. Preterea sapiēs. ꝓuer. xxx. post multas questiones motas de deo querit istā q̄d nomē eius ꝛ q̄d nomē filij eius si nosti. Ex h̄ arguit̄ sic. oīs questio aliq̄d certū supponit ꝛ aliquid dubiū querit. vij. meth. c. vlti. h̄ aūt filiu₃ esse supponit̄. ꝛ querit̄ quod est nomē eius. et pari rōne ꝑ naturā relatiuoꝝ ꝑsupponit̄ illud cui⁹ est filius esse p̄rem. ꝛ querit̄ quod nomen eius ergo hoc exn̄te certo ꝙ hic est filius ꝛ ille est pat̄. dubiū est quod est nomē huius. ꝛ q̄d est nomē illius. sed si ille ꝑsone ꝯstituunt̄ ꝓmo in eē ꝑsonali ꝑ paternitatē ꝛ filiationē. ꝓmū nomē huius est p̄r. ꝛ ꝓmū nomē illi⁹ est illius. ꝛ per ꝯñs nō eēt dubitatio de isto cū ꝑoꝛ certo. ꝛ ꝑ ꝯñs idem q̄reret ꝛ supponeret. Scdo d̄r ꝙ origines nō distinguūt ꝑsonas formalr̄. sed quasi ꝑncipiatiue. q̄ natura diuina nō cōicat̄ supposito nisi ꝑ originem ꝛ ita originē. ꝛ ꝑ ꝯñs relatōne distinguunt̄ ꝑsone in natura quasi ꝑncipiatiue reducēdo ad ipm ꝑncipiās q̄d distinguit nō formalr̄ sed consimiliter distinctioni effectiue in creatura. Quarta posset eē opinio concordando cū opinione ꝑoꝛ ꝙ ꝑsone diuine ꝯstituunt̄ ꝑ ꝓꝑetates absolutas. sed discordādo ab ea ꝙ nihil est penitus ymaginabile in deo nisi tm̄ absoluta. ꝛ ꝑ ꝯñs ꝙ nō eēnt ibi aliq̄ relationes vel origines a quolibet absoluto vl̄ absolutis quōcūq₃ distincte. ꝛ tm̄ nō negaret illa opio p̄rem ꝛ filiū ꝛ spūmsanctū sed poneret sic posita hac albedine ꝛ vna alia albedine omni alia re ymaginabili circūscripta iste due albedines sunt siles. ꝛ ita nō ꝑ aliquā relationē distinctam quocūq₃ modo ab illis sunt similes. silr̄ posito deo ꝛ isto absoluto q̄d est lapis circūscripta alia re quacūq₃. adhuc lapis realiter depēderet a deo ꝛ deus realr̄ esset cā lapidis. ita poneret ista opinio ꝙ eo ꝑoꝛ ꝙ sūt ille tres ꝑsone absolute vna illarū ꝑsoarū eēt ab vna et vna a duabus. ꝛ vna eēt pater. ꝛ alia filius et alia spūssanctus sine omni re alia ymaginabili. Veruntamen nec istā opinionē nec aliā teneo ꝓpter auctores sanctoꝝ. q̄uis mihi videat̄ ꝙ tam ista ꝙ̄ precedēs ꝯueniu₃ ad illud cōmune

in quo ꝯcordāt facilius. Quis nō verius possꝫ
sustineri cū isto articlo Tres sunt psone ꝛ vn⁹
deus ꝙ opinio de relationib⁹. Cuius ratio est
q2 ita difficile est intelligere ꝙ relatio sit q̄dā
res. ꝛ sit alia res realr media. ꝛ ꝙ multiplicet̃
sine multiplicatōe eēntie q̄ est eadē realr cum
relationibus. sicut ponere multiplicationem
absolutoꝝ sine multiplicatōe eēntie q̄ sit eadē
realr cū illis absolut̃. immo sicut pōt sustineri
ꝙ sunt tres relatōes realr differētes. ꝛ tamen
ꝙ vna eēntia sit realr ille tres relatōes. ita fa-
ciliter pōt poni ꝙ tria absoluta sūt realr disti
cta. ꝛ tñ ꝙ vna eēntia sit realr illa tria absolu-
ta. Ex h̄ sequit̃ ꝙ tertia opinio est oīno irra-
tionabilis q̄ ponit psonas distingui p ꝓpetates absolutas ꝛ nō p relatiōes cū tñ sint ibi ƀꝫ
istā opinionē. Cui⁹ rō est. q̄cūqꝫ qualitercūqꝫ
distincta vel que nō sūt idēꝫ formalr cōcurrūt
in aliquo p se vno. vnūquodqꝫ illoꝝ p se cōsti-
tuit illud vnū. q2 nō est maior rō q̄re vnū illoꝝ
constituat illud q̄ reliquū. sed vnū includens
essentiā ꝛ illud absolutū et pt̄nitatē est per se
vnū ꝛ distinctū realr a q̄libet psona. ergo illō
vnū p se est vna psona. ꝛ p ꝯñs pt̄nitas consti-
tuit ꝛ distinguit pt̄em a filio ꝛ spūsancto ñ tm̄
effectiue sed ꝛ formalr. Si instet̃ ꝯtra istam
rōem ꝙ eiusdē nō pñt esse duo p̄ncipia ꝯstitu-
tiua. sed si pt̄nitas ꝛ illa ꝓpetas absoluta eēnt
ꝯstitutiua psone pñs illi⁹ psone eēnt duo p̄n-
cipia cōstitutiua. Ista instātia nō valet. q2 nō
est aliqđ incōueniēs ꝙ eiusdē sint plura prici
pia ꝯstitutiua. q2 si in hoīe sit anima sensitiua
distincta realr ab aīa intellectiua. opꝫ ꝙ aīa
sensitiua illa eēt alterius rōnis a qualibet aīa
sensitiua brutali. vel ꝙ in bruto essent due aīe
sensitiue. ꝛ ꝯñs aīa sensitiua humana eēt ita
ꝓpria homini sicut intellectiua. ꝛ ita per eam
distingueret̃ homo tanq̄ p ꝓprium distictiuū
ab omni alio sicut p aīaꝫ intellectiuā. ꝛ ita hō
haberet duo p̄ncipia distinctiua. Et ita oꝫ po
nere in ꝓposito ꝙ pt̄ distinguit̃ a hoī alia psō-
na. nō tm̄ p ꝓpuetatē absolutā. sed etiam per
pt̄nitatē. nisi forte diceret̃ ꝙ pt̄nitas eēt eadē
realr cum ꝓpetate absoluta filij. sicut poneret̃
eadem cum proprietate absoluta patris Si
aliquis teneret istā opinionē. quā tamen ego
nō teneo. diceret ad rōnes secūde opinionis.

Ad p̄mam diceret ꝙ nō est maius incōue-
niens duo absoluta realr esse vnū absolutum
realr. q̄ duas relatōes realr distinctas eē vnū
absolutum realiter. Et si dicat̃. si absolutū ad-
datur absoluto necessario faciūt compositio-
nem. Respondetur ꝙ sicut ƀm alios si relatio
addatur absoluto a quo nō distinguit̃. non fa-
ciet compositionē cum eo. Cuius ratio est. q̄a

sicut in creaturis absolutū additū absoluto a
quo realit̃ distinguit̃ facit cū eo cōpositionē
Ita si relatio addat̃ absoluto. si differt ab eo
realr faciet cū eo compositionē. nec est maior
ratio ꝙ absolutū faciat cōpositionem cū abso
luto: q̄ relatio cū absoluto. ꝛ ita eque faciliter
possꝫ sustineri in deo ꝙ ꝓprietas absolutū nō
faceret cōpositionēꝫ cū essentia absoluta ꝓpt̃
idētitatē realē inter essentiā et ꝓprietatē ab-
solutā. sicut posset sustineri ꝙ relatio nō facit
cōpositionē cū diuina essentia ꝓpter idētita-
tē realē inter relationē ꝛ essentiā. Ad aliā ra
tionē diceret̃ ꝙ nō magis ꝯtrabibile est potē-
tiōale respectu alicui⁹ eiusdē generis: q̄ respe
ctu alicui⁹ alterius generis. Vñ sicut materia
est potētiōalis respectu forme. ita sbiectuꝫ est
potētionale respectu accidētis sui. ꝛ iō nō pl⁹
esset eēntia potētionalis respectu ꝓprietat̃ re
latiue. Ad aliā rōem diceret. ꝙ nō plus repu
gnat vni relatiuo eē sine suo correlatiuo q̄ re-
pugnat absoluto eē sine alio absoluto. q̄n vni-
ca res simplicissima est illa duo absoluta. ꝛ iō
q2 ƀm illā opinionē eēntia diuina que est vni-
ca res simplicissima essꝫ illa duo absoluta. ita
repugnaret vnū illoꝝ esse sine altero. sicut re-
pugnaret vni relatiuo esse sine alio. quia tāta
esset coexigētia vnius respectu alteri⁹ ꝓpter
idētitatē realē vnius rei simplicissime cū illis.
sicut eēt vni⁹ relatiōis respectu sue correlatio
nis. Ad aliā rōem diceret ꝙ nō est ymaginā-
dum ƀm istā eandē opinionēꝫ ꝙ pt̄nitas vel
generatio sit aliqđ reale existēs i pt̄e quocūqꝫ
modo distinctū ab oī absoluto. ƀ hoc ꝙ dictio
pt̄nitas vel generatio diceret illa duo abso-
luta ꝛ nihil p̄ter illa absoluta. Et si dicat̃ pat̃
p̄us origine est pat̃ q̄ filius ꝓducat̃. Diceretur
ꝙ si p istā ꝓpositionē pat̃ est p̄us origine filio
intelligat̃ aliq̄d aliud q̄ ꝙ a patre sit fili⁹ sic ꝓ
positio ē simplr fl̄a. Quāuis ista q̄rta opinio
posset alicui videri ꝓbabilis. Verūtñ q2 auc.
sanctoꝝ videtur expsse ponere relatiōes in di
uinis. nō tm̄ ꝙ aliq̄ cōcept⁹ relatiui de psonis
diuinis verificātur. sicut dicim⁹ ꝙ sortes est si
milis. ꝛ ꝙ relatio est pat̃ vel fili⁹. ƀ ꝙ est ibi ve
ra pt̄nitas realis ꝛ filiatio. et ꝙ sunt due res
simplices: quarū vna nō est alia. Ideo tenē-
do cū eis dico. ꝙ psone diuine distinguūt̃ ꝛ cō
stituūtur p relatōes originis. Et p̄mo pono ꝙ
ponēdo ibi talē relationē nō repugnat sibi cō
stituere suppositū vel psonā. scđo ꝙ ponendo
eā cōstituere psonā nō est ponendū ꝓpuetatē
absolutā constituere eā. Primū pꝫ. q2 nulli
rei incōicabili cōstituēti cū aliqua re p se vnū
repugnat cōstituere illud vnū in tali esse qua
le habet ꝛ distinguere ipm ab oī illo a quo ipa

R Cōtra tertiā opi.

Z Ad p̄mā ratōem scđe opi.

Ad scđam.

Ad tertiam.

Ad quartam.

De opi. quarta.

AA Sententia auctoris duo ponit.

Primū

distinguit. sed paternitas est vna res incõicabilis ꝛ distinguit realr a psona filij ꝛ spũssctĩ. et facit vel cõstituit p se vnũ cũ diuina eẽntia ergo nõ repugnat sibi constituere illud vnum in esse incõicabili ꝛ distinguere ipm ab omni alia psona. Scdz patet. q2 frustra fit p plura quod potest fieri p pauciora. nec sunt ponẽda plura miracla que vident rõni naturali repugnare sine auctoritate scripture vel sanctorũ. sed ponere talẽ pprietatẽ absolutã videt repugnare rõni naturali nec habet expresse in scriptura vl dictis sanctoꝝ. ꝙ ꝛc. Ad rõnea pro tertia opinione. Ad pmã q inter oĩs difficilior est. Rñdeo ꝙ nõ est vl verum ꝙ aliquid formaliter ꝛ denoiatiue refert tali relatione. sed hoc tñ verum est qñ pter relationẽ potest aliquod referibile inueniri distinctũ realr a termino relationis ꝛ ab ipsa relatione. qñ aũt nihil est tale quod distinguat realr ab ipa relatõne vel a termino. nisi relatio vel constitutũ ex relatione. tũc nõ est verũ. q2 tunc nihil denoiatiue refert illa relatõne. Et sic est in pposito. qa essentia diuina nec distinguit realr a relatiõe nec a termio relatõis. ꝛ iõ nõ refert realit nec denoiatiue. constitutũ tñ ex relatõne bene distinguit a termino. ꝛ ideo ipm illa relatiõe refert. Si dicat oĩe relatiuũ est aliquid extra relatõe. Concedo ꝙ pter pñitatẽ est ibi essentia. que tñ nõ refert. sed suppositõ refert.

Si dicat ꝙ oĩe compositũ de nccitate pexigit partes ꝛ partiũ vnionẽ. ꝙ prius est pñitas vnita essentie ꝙ pater constituat. ꝛ p ꝯñs tũc essentia illa relatõe refert. Respõdeo ꝙ hic nõ est aliquod compositũ. nec sunt hic alique partes. ꝛ ideo pñitas nõ psupponit nec pañitas quacunqz prioritate est prior pře. ꝙuis ipsa essentia quadã prioritate cõitatis vl ꝯsequẽtie sit prior patre sicut dictũ est. Ad ꝯfirmationẽ dico ꝙ illud quod refert denominatiue. hoc ẽ quod refertur per relationẽ que sit extra intellectum relati prius est ad se ꝙ referatur. sed sic non est in pposito. quia paternitas nõ ẽ extra intellectũ patris qui refertur. Ad aliud dico ꝙ omnis relatio realis preexigit distinctionem realem extremoꝝ. vel constituit extrema realiter distincta. vel extremũ realiter distinctum. et ideo paternitas non preexigit distinctionem extremorũ. sed constituit vnum extremum distinctũ ab alio. Ad aliud dico ꝙ nõ omnis relatio primo terminatur ad absolutũ ꝙuis in creatura sit hoc verum. si in creatura sit aliqua relatio ponẽda. Contra predicta posset argui que tamen pertranseo. quia soluuntur ab alio. Sed alia argumenta minus valẽt

Ideo ad primũ illorum ꝙ originans nõ est aliqualit prius originato. nisi q2 ab originãte est originatuz. Ideo cõceditur ꝙ in deo nõ est aliud patrẽ originare filiũ ꝙ patrẽ habere filiũ sibi correlatiuũ. ꝛ iõo pat est ex se. eo ꝙ pat habz filiũ. ꝙ sicut nõ est pat sine origine. ita nõ habet filiũ sine origine. Et qñ dicit ꝙ in nullo instãti nec nature nec originis põt itelligi pater sine filio. Patet p pdicta alias ꝙ nõ sunt talia instãtia nature vel originis. ꝙ vel est falsus modus loquẽdi vel iproprius ꝛ nõ intelligibilis vel simplr abusiu?. abducẽs simplices in errores. Et iõ concedo ꝙ pat eo ipõ ꝙ originãs vel pducẽs filiũ est prior origine filio. qa hoc nõ est aliud ꝙ dicere ꝙ a patre est filius ꝛ tñ in quocũqz instãti est pat in eodẽ est filius.

Et si dicas. si pat est prior filio. ꝙ in illo priori nõ est fili? in quo tñ est pat. Respõdeo ꝙ magis debet dici ecõuerso. q2 eo ipõ ꝙ pat est prior origine filio. fili? est in illo priori. ꝛ pater nõ est in illo priori. q2 illud prius nõ est nisi pat. ꝛ certe magis cõcedit ꝙ fili? est in illo prio originãte ꝙ ꝙ pat est in illo prie originãte.

T Ad secundã

Ad aliud dico. ꝙ in pposito pprie loquẽdo relatio nõ originat ꝙ psona cõstituta p relationẽ originat. Verũ tñ ppõ accepta ꝙ relatio nõ originat. nisi aliquo absoluto prius originato vel in relato vel in termino nõ est vera. ꝙm pricipia isti? doctoris. q2 pt aliq relatio acqri sine noua acqsitõe alicui? absoluti.

T Ad tertiam

Ad pbm. v. phi. dico ꝙ loqtur de relatiõe que est distinctũ pdicamentuz ab oĩbus alijs. q2 de illa est verũ ꝙ ipa nõ põt de nouo alicui cõpetere p pdicationẽ nisi p acquisitionẽ alicui? absoluti.

V Ad quartã.

Ad aliud dico. ꝙ ista pductio est generatio. nõ obstãte ꝙ genitũ ꝯstituat p relationẽ ppt identitatẽ illi? relationis cũ essentia.

Ad quintã

Ad aliud pz ꝙ ita naturaliter pducit spũsctũs sicut fili?. quare tñ aliquo mõ cõcedit ꝙ fili? pducit mõ intellectus ꝛ spũsctũs mõ volũtatis dictũ est.

X Ad sextã

Ad aliud dico ꝙ hec est fña. suppositũz aliquo mõ psupponit sue actiõi. Et qñ dicit ꝙ prius intelligit aliquid p se esse ꝙ agat. Dico ꝙ hoc est fũm. qñ suppositũ cõstituit ipa actiõe sicut est in pposito.

Ad cõfirmatiõez

Ad cõfirmationẽ dico. ꝙ hec est fña. quacũqz prioritate pintelligit alicui vnũ correlatiuoꝝ: eadẽ prioritate pintelligit alteruz eidẽ. ꝙ hoc est verũ de prioritate durãtiõis ꝛ nature et intellect?. de prioritate originis nõ est veruz.

Y Ad septimã

Ad aliud dico. ꝙ semp forma est prior cõposito. q2 nõ est cõtradictio formã esse sine cõposito. ꝙuis sit ꝯtradictio ꝯpositũ esse sine forma. sed pañitas nõ est forma patris vel pme psone tanꝙ vni? cõpositi. ideo nõ est prior tali prioritate illa psona. Etiã dato ꝙ aliqua prioritate paternitas esset prior pma psona nõ pp ter hec

oportet ꝙ eadē ꝑoritate relatio sibi opposita esset ꝑor eadē ꝑsona. q: ostensum est supra. spiratio actiua est aliqua ꝑoritate ꝑor patre. scilꝫ ꝑoritate pr̄ne. q: bene sequit̄. a est pater. ergo a est spirās. ⁊ tm̄ nō sequit̄ econuerso q: filius est spirans. ⁊ tm̄ nō est pater. Et eñ spiratio passiua nō est ꝑor tali ꝑoritate patre.

Z
Ad pm̄ū rtie vie

Ad primuꝫ tertie vie dico ꝙ pr̄nitas diuina est de se incōicabilis ⁊ singularis ⁊ nō tm̄ est hoc verum de paternitate. sed etiā dico ꝙ ꝗlibet ꝗdditas ꝗ est a parte rei est de se incōicabilis ⁊ singularis nisi forte eētia diuina vocet̄ ꝗdditas. q: illa ꝗuis sit de se singlaris nō tm̄ est incōicabilis.

AA
Ad scdm

Ad aliud dico ꝙ pr̄nitas est de se hec. Nec hoc negat augustinus. sed vult ꝙ pr̄nitas nō est formalr̄ deitas. Et qn̄ dr̄ ꝙ nō est de se infinita. Dico ꝙ si per infinitū vel infinitatē intelligatur aliquod absolutū. cōcedo ꝙ tunc infinitum ⁊ essentia sunt idē oibus modis. sed si ꝑ infinitū intelligat̄ aliqd quo nihil est melius ⁊ per ipm est infinitū melius omni alio finito Dico ꝙ paternitas de se est infinita. sicut paternitas de se est incorruptibilis. ⁊ ideo paternitas ð se est h̄. sicut humanitas de se est hec.

BB
Ad tertiū

Ad aliud cōcedo ꝙ quelibet relatio est eque eadē diuine essentie. sed ꝓpter hoc nō oportet ꝙ ꝗlibet constituat vltimate ⁊ distinguat ab omni alia ꝑsona. Et rō est. q: aliqua relatio est eadē realr̄ cū diuina essentia. ⁊ ꝑter hoc est eadem realr̄ cū duabus relationibus oppositis. sicut spiratio actiua est eadē realr̄ cuꝫ diuina essentia. ⁊ silr̄ cū paternitate ⁊ filiatione. ⁊ iō constituit tam pr̄em ꝙ̄ filiuꝫ. sed nō vltimate nec distinguit pr̄em ab omni alia ꝑsona. q: nō a filio.

Ad quartū

Per hoc ad aliud ꝙ nō semꝑ relatōes opposite vniformiter se habēt ad incōmunicabilitatem. q: aliquādo vna earū potest esse eadem realiter cū relationibus oppositis ⁊ alia non.

Ad quintū

Ad aliud dico ꝙ stante rōne paternitatꝭ ipsa erit incōicabilis. Uerūtamē nō potest poni ꝙ ex illo posito. et hoc ꝙ tātō paternitatis māet sequūt̄ icōpossibilia ⁊ ꝯdictoria scꝫ ꝙ pr̄nitas sit cōicabil' ꝙ nō sit cōicabil'. et ideo de talibus positionibus includentibus ꝯdictionem non est multū curandū.

Ad sextū

Ad aliud patet aliās ꝙ ab vltimis cōstitutiuis vel distinctiuis potest abstrahi aliquod cōmune dictuꝫ in quid de eis. nec ꝓpter hoc oportet ponere in aliquo illorum aliqua distincta. quia illud abstractū ab eis in nullo illorum erit realr̄.

Ad cōfirmatōeꝫ

Ad aliud ꝙ ꝓpter identitatē realē relationis cuꝫ essentia poterit relatio cōstituere per se vnuꝫ cum essentia Unde nec ꝙ̄tuꝫ ad rem nec ꝙ̄tū ad conceptuꝫ nec aliquo modo tm̄ distinguit̄ relatio ab essentia ꝙ̄tuꝫ distinguit̄ materia a forma. ⁊ ideo multo melius poterunt essentia diuina ⁊ relatio diuina cōstituere ꝑ se vnuꝫ ꝙ̄ materia ⁊ forma quecūꝗ. et iō dico ꝙ relatio nec est accidēs essentie nec alteri' generis ad essentia nec eiu'dē generis. q: nō est in genere ꝟ est eadē realr̄ cū essentia. ⁊ iō facit ꝑ se vnuꝫ cū essentia.

Instantia

Et si dicat̄ ꝙ retinet rōem formalē generis relatiōis. ꝙ̄uis trāseat in essentia ꝑ idētitateꝫ.

Responsio

Respōdeo ꝙ nullā rōem generis retinet. ꝟ est vnica res. ⁊ tm̄ eadē realr̄ cū essentia.

Ad septimū

Per hoc pꝫ ad aliud ꝙ idētitas essentie ad suppositū nō est ꝑ aliqđ accidēs. nec ꝑ aliqđ quasi alteri' generis.

CC
Ad pm̄ū ꝯ'rie

Ad aliud dico ꝙ nō est incōueniēs ꝙ sit aliq̄ idētitas nature create ad suppositū suū: si tm̄ sit ꝓprius modus loquēdi qualis nō est idētitas nature diuine ad suppositū suū. ꝗa aliqñ illud qđ est suppositūꝫ creatū ⁊ natura nullo mō differūt. nō aliter ꝙ̄ natura ⁊ natura. vel suppositū ⁊ suppositum. nec tm̄ hec idētitas ē maior ꝙ̄ illa. ꝗa idētitas realis est tāta quāta ē idētitas realis ⁊ formalis. ⁊ iō tāta idētitate est essentia diuina eadē patri quāta est eadē sibiꝑ̄i: nō eñ omi mō idētitatis. q: ille modus idētitatis nullā maioritatē vl̄ maiorē ꝑfectionē addit.

DD
Ad scdm

Ad aliud cōcedo ꝙ scđa sb̄a ꝗ in rei veritate non est sb̄a sicut prius ꝓbatū est. nō īportat aliꝗd qđ nō est formalit̄ sb̄a. ⁊ iō ꝑma sb̄a ꝗ est in ꝑdicamēto nō importat aliud nisi qđ est formalit̄ sb̄a. Uerūtm̄ prima sb̄a que nec est in genere pōt includere aliꝗd qđ nō est formalit̄ sb̄a: est eñ realit̄ sb̄a. Et si dicat̄ ꝙ relatio nō pōt ꝯstituere aliquid qđ est formalit̄ subsistēs. Dico ꝙ hec est falsa de relatione que est realit̄ sb̄a. Tm̄ breuit̄ pro oibus illis rōnibus dico. ꝙ nō est magis īpossibile relationē cōstituere suppositū nature intellectualis ⁊ dare esse subsistēs vel distinctū modo suo. ꝙ̄ esse ideꝫ realiter cū sb̄a.

EE
Ad tertium

Ad aliud dico ꝙ Augustinus vult ꝙ ꝑsona habet aliquā entitatē absolutā preter illā qua est ad aliquid.

FF
Ad quartum

Ad aliud ꝙ illa diffinitio est diffinitio vnius cōis ad personā creatā ⁊ increatā. ⁊ ideo nō debet sibi poni aliquid nisi cōe: cuiusmodi nō est relatiuū. Ad aliud pōt dici ꝙ ꝗrit de aliquo nomine ꝓprio patris et de aliquo nomine ꝓprio filij. quia illa nomīa pater. filī' nō sunt ꝓpria diuinis. ꝟ cōīa sibi ⁊ alijs. et ita nō idem querit ⁊ supponit: sed supponit noīa cōīa predicari de illis ⁊ querit ꝓpria.

GG
Ad primū pncipale

Ad primuꝫ principale dico. ꝙ ꝗuis relatio in creaturis sit minime entitatis: tamē relatio diuina nō est minime entitatis sed maxime entitatis quia tāte entitatis ꝗnte est essentia. ꝗa eiusdem entitatis: ⁊ eadem entitas cum ea.

Ad secundū

Ad aliud dico ꝙ persona diuina constituit̄ per re

relationē: nec vt est eadē eēntie: nec vt distinguitur ad essentia. sed inq̄tum est hec relatio.

Ad tertiuȝ dico φ hec est simplr̄ falsa. omni actioni p̄supponit suppositū qd̄ agit: ⁊ hoc qn̄ suppositū constituit illa actōe qualiter est in proposito.

Questio scd̄a.

Supposito φ personē diuine nō ɔstituant̄ p pprietates absolutas. sed p pprietates relatiuas. Quero. vtrū constituant ⁊ distinguantur p relationes sub rōne relationū. an per aliquā aliam rōem. Φ nō sub rōne relatōis videtur. q2 omis relatio modo potētie est posterior actione. et p ɔn̄s supposito quod agit. sed quelibȝ relatio in diuinis est relatio modo potentie. ḡ est posterior supposito. et per ɔn̄s nō constituit suppositū sub rōne relatōis. Preterea p̄nitas p̄supponit dicere in dinis ⁊ sir̄ intelligere que nō competūt nisi supposito. ergo nō constituit suppositū. Ad oppositū. sic̄ suppositū absolutū nō constituit̄ nisi p pprietatem absolutā sub rōne absoluti. ita suppositum relatiuū necessario constituit̄ p pprietateȝ relatiuā sub rōne relatiui. sed in diuinis sunt tm̄ supposita relatiua. Circa istam q̄stioneȝ sunt diuersi modi ponēdi. Nam aliqui ponūt φ q̄uis sit tam origo φ relatio. tamen psone constituunt̄ et distinguunt̄ nō p origines. sed p relationes inq̄tum relationes sunt cōstitutiue pprietates. Primū scȝ φ nō distinguāt̄ p origines pbant sic. Primo q2 oīa distincta distinguunt̄ p aliquod intrinsecū vtriq3. s3 origo alicui⁹ rei nō significat̄ vt aliquod intrinsecū sed vt via quedā a re vel ad rem. ḡ non distinguunt̄ psone diuine origine. sed oȝ intelligere taȝ in generāte φ in genito ea q̄bus abinuicē distinguunt̄. in psona aūt diuina nō est aliqd̄ intelligere nisi eēntiā ⁊ relationē vel pprietatē. Unde cū in eēntia cōicant relinquit̄ φ p relationes psone ab inuicē distinguant̄. Preterea cōtra rōnem originis est φ constituat ypostasim vel psonaȝ. quia ex vi originis significata actiue significat̄ vt pgrediēs a psona subsistēte. vnde p̄suppōit eam. origo aūt passiue significata vt natiuitas significat̄ vt via ad psonā subsistentē. ⁊ nōdum vt eam constituēs. ḡ ⁊c. Ideo dicūt φ meli⁹ est dicere φ psone seu ypostases distinguant̄ relationib⁹ φ p origineȝ. l3 distinguant vtroq3 modo. eñ p̄mo ⁊ p̄ncipali⁹ p relationes s̄m modū intelligēdi. Unde hoc nomen pater nō solum significat pprietatem sed etiaȝ ypostasim. sed hoc nomē genitor vel generans significat tm̄ pprietatē. q2 h̄ nomē pater significat relationeȝ que est distinctiua et constitutiua ypostasis. Scd̄o dicūt φ pprietas psonalis patris potest dupl̄r considerari. Uno modo vt est relatio. ⁊ sic scd̄m intellectū p̄supponit actū notionalē. q2 relatio inq̄tum hmōi fundat̄ sup actum. Alio modo pōt considerari s̄m φ est cōstitutiua p̄se. ⁊ sic oportet φ p̄intelligat̄ actui notiōali. sicut psona agēs p̄intelligit̄ actioni. Ex isto sequit̄ φ p̄nitas nō constituit psonā patris vt relatio sed vt cōstitutiua vel pprietas. In ista opinione dicūt̄ multa falsa ⁊ sibi inuicē repugnātia. Primū quod dicit φ psone nō constituunt̄ p origines est simplr̄ falsum. Cui⁹ rō est. q2 qn̄ aliqua sunt idem oibus modis ⁊ vnū vere p̄dicat̄ de reliquo. si vnū cōstituit ⁊ reliquū cōstituit. s3 origo diuina nullo modo distinguit̄ a relatōe. ⁊ relatio constituit. ḡ origo cōstituit. Si dicatur φ origo ⁊ relatio distinguunt̄ s̄m rōnem. et idea q̄uis relatio cōstituat. nō tm̄ oȝ originē constituere. hoc nō valet. q2 accipio p̄cise illā originem que deus est. illa nec s̄m rem nec s̄m rōeȝ distinguit̄ a relatiōe que est realr̄ deus. φ non s̄m rem concedūt. φ nō s̄m rōem pbatum est p̄us in suo añcedente vbi oñsum est φ a nullo reali differt aliquod reale s̄m rōeȝ. Unde illa rō esset falsa que diceret φ origo q̄ est realiter deus differt a relatiōe que est realr̄ deus. Si dicatur aliter φ origo ⁊ relatio differūt s3 modum significandi. ⁊ ideo pōt aliqd̄ p̄dicari de vno quod nō p̄dicat̄ de reliquo. Hoc nō valet q2 illa solū differūt s̄m modū significādi q̄ habent diuersos modos significādi. s3 talia n̄ sūt nisi voces vl̄ aliqua signa nō res que nō significāt. Nūc aūt nō querimus de istis vocib⁹ vl̄ cōceptibus vel signis quibuscūq3. vtruȝ talia constituant diuinas psonas. q2 manifestuȝ est φ nō. sed querim⁹ de illa origine quā ponim⁹ i deo realr̄ ⁊ de relatōe illa que deus est que nō differūt s̄m modū significādi q2 nō sunt signa ḡ nō possumus dicere φ illa origo nō constituit ⁊ relatio ɔstituit. q2 dr̄nt penes modos significandi. Confirmo h̄. q2 sicut generare vel generatio ⁊ paternitas habēt diuersos modos significandi. ita p̄nitas ⁊ p̄nitatis hn̄t diuersos modos significādi. ⁊ p ɔn̄s dicā φ relatio inq̄tum significat̄ per noiatiuū casum constituit psonā. inq̄tum aūt significat̄ p genitiuuȝ casum nō constituit psonā. quod foret ridiculosum ⁊ puerile dicere. Ex isto patet φ illa origo que est realr̄ in deo ppter diuersum moduȝ significādi vel intelligēdi nō aliter se habȝ ad hoc φ constituat psonā vel nō constituat. imo modus significādi nihil facit ad hoc φ constituat vel nō cōstituat. Preterea rōes p quas pbat φ psone nō distiguunt̄ nihil valet. imo

C Scd̄m ostendit

D Reprobat̄ opīo

Primum falsum

Euasio.

Impugnatio

Alia euasio

Reprobatio

E Improbat̄ rōes.

sunt ad oppositū magis. Naʒ q̄n aliq̄d ē intrī secum aliqui ⁊ ꝓpriū sibi. per illud distinguit̄ ab alio. sed origo ē pr̄i intrinseca. igit̄ genera tio actio ē intrinseca patri. ⁊ ē ꝓpria patri. q̄a nulli alij cōuenit nisi patri. ḡ per generatōem actionē distinguit̄ pater ab omni alia ꝑsona.

Maior aūt generatio actio sit intrinseca pr̄i ostē do. q̄a generatio actio nullo modo ex natura rei distinguit̄ a pr̄nitate. sed a parte rei pater nitas ē intrinseca patri. ergo a parte rei gene ratio actio ē intrinseca patri. Sił̄r generatio actio nullo modo ē posterior pr̄e. sed sicut pat̄ nitas ē intrinseca pr̄i. sił̄r generatio actio est intrinseca patri. Ad illud dicunt vbi supra q̄ origo actiue significata que p̄or est s̄m intelle ctum q̄ relatio ꝑsone originātis potest consi derari vt relatio. ⁊ sic ē posterior vł̄ vt ꝓpetas ꝯstitutiua ⁊ sic ē prior. Contra istud. Aut est aliqua distinctio a parte rei inter ꝓprietatem illam que ē p̄or generatione ⁊ que posterior est aut nulla. Si aliqua. et illa que ē posterior est p̄cise relatio. ergo ꝑsone nō distinguunt̄ per ꝓ prietates relatiuas. sed ꝑ ꝓpetates absolutas Si nullo mō distinguūtur. ergo nō plus ē po sterior vt relatio. q̄ vt ē ꝓprietas constitutiua

Preterea illud quod nullo modo distinguit̄ ab alio a parte rei non ē p̄us eo. sed generatio actio a parte rei nullo modo distinguit̄ a pr̄ni tate. ergo nec ē p̄or nec posterior paternitate.

Si dicat̄ q̄ ē p̄or nō s̄m rē sed s̄m intellectū

Contra quero. q̄d ē esse p̄us s̄m intellectum aut q̄ intellectus intelligat illud esse prius et illud esse posterius. aut q̄ intellect⁹ p̄us intel ligat vnū q̄ reliquū. Si p̄mū dec̄ necessario erit intellect⁹ falsus. q̄ intellectus intelligēs aliter q̄ ē in re falsus ē. sicut intellect⁹ intelli gens hoiem esse asinū. q̄ in re homo nō ē asin⁹ ergo si in re gn̄atio que ē realr̄ in patre non est p̄or pr̄nitate nec ecōuerso. intellectus intelli gens generatiōem p̄cedere paternitatem vel ecōuerso ē simpl̄r falsum. ⁊ ita s̄m intellectum falsum qualē ille habuit in isto ⁊ in multis pa tet concedi q̄ s̄m intellectū generatio ē prior pr̄nitate. ⁊ ita pōt cōcedi s̄m intellectū q̄ ho mo ē vnus asinus. q̄a s̄m intellectū falsuʒ hoc apinātem. Si dec̄ scdm hoc ē impossibile. q̄a ex quo nullo modo a parte rei generatio disti guitur a pr̄nitate impossibile ē vnuʒ intelligi alio nō intellecto. q̄uis hec ꝓpositio gn̄atio ē in patre possit intelligi. ista ꝓpōe paternitas ē in patre non intellecta. Preterea ratio sua ē cōtra seipm̄. q̄ alibi dicit q̄ accidētia distin guant̄ penes sua subiecta. et tn̄ subiecta sunt extrinseca ipis accidētibus. Preterea scda rō nō valet. naʒ origo q̄ deus ē nō ē ꝓgrediens a ꝑsona q̄si posterior ꝑsona et eā supponēs. imo ipaʒ ꝯstituit. Eodē modo natiuitas nō est via ad ꝑsonā q̄si prior ea. s̄ est ipa relatio oi moda a pte rei cōstituēs ꝑsonā. Ex p̄dictis ptʒ esse manifeste falsuʒ qd̄ iste frequēter dicit. q̄ duo sunt i deo scʒ origo ⁊ relatio. q̄ licet in deo sint idē s̄m rem: differūt tn̄ rōne ⁊ in modo signi candi. q̄ illa relatio q̄ est eadeʒ realit̄ cū origi ne. nullo mō differt i modo significādi nec rōe ab origine illa cū qua est eadē realr̄. q̄ illa que differūt s̄m modū significandi nō sunt nisi si gna. que nō sunt idē realr̄. Vn̄ illa origo q̄ de⁹ est nullū modū significādi habet. ⁊ iō modus significādi nō facit ad hoc q̄ ipa cōstituat vel nō cōstituat. Patet etiā q̄ nec origo q̄ de⁹ est est prior nec posterior relatione. nisi s̄m falsaʒ opinionē istius hoc falso opinātis. s̄ s̄m intel lectū verū nec est prior nec posterior. Pʒ etiā q̄ modus significādi nō facit eaʒ eē priorē vel posteriorē. sic eīm dicerē q̄ de⁹ est posterior dei tate. ꝓpt̄ diuersuʒ modū significādi illarū vo cū deus ⁊ deitas. Patet etiā q̄ cōsideratio di uersa relatiōis nihil facit ad hoc vt relatio cō stituat sub vna rōe ⁊ nō sub alia. nec q̄ sit p̄or vel posterior quocūq̄ qd̄ est in deo. Alit̄ dici tur ad questionē. q̄ in nulla vna ꝑsona est nisi eīm vna ꝓprietas positiua s̄m reʒ. q̄uis sint di uerse s̄m rōeʒ. Vn̄ in patre ista q̄ttuor. genera tiuū. potēs generare. generās. ⁊ pat̄. sunt vna ꝓprietas s̄m reʒ h̄nt tn̄ s̄m rōem ⁊ distinguē do ista. illa ꝓprietas nō ꝯstituit suppositū pa tris. nec sub rōe patris. nec generātis. nec po tētis generare. s̄ sub rōe generatiui. q̄ sub illa rōe est ꝓprietas constitutiua. s̄m quā est p̄mo pricipiū ꝓducēdi aliā ꝑsonā. s̄ hm̄oi est rō ge neratiuitatis. s̄ alie rōnes sunt q̄si ei aduenie tes. ⁊ hec rō generatiuitatis in patre est rō re motior a filio. ⁊ sonat in solā aptitudinē ꝓdu cēdi ipm̄. Vn̄ oīe potēs generare est aptū na tū generare ⁊ nō ecōuerso. Nā puer est aptus natus generare et tn̄ nō pōt generare. sił̄r oīs generās pt̄ generare. ⁊ nō ecōuerso. sił̄r oīs pat̄ generat vel genuit. ⁊ nō ecōuerso. Et ita p̄ma rō hic in ista ꝓprietate est rō gn̄atiuitatis. ⁊ iō sub illa rōe p̄mo cōstituit. Sʒ ista opi. est fła. sic p̄cedēa. q̄ q̄ro. aut generatiuū ⁊ pat̄. sił̄r ge neratiuitas ⁊ patnitas. aut sunt oimode ideʒ a pte rei aut nō. Non pōt dici q̄ nō. q̄ dicit q̄ d̄nt sola rōe et nō a pte rei. Si sint oīno idē a pte rei. ḡ ipossibile est vnū realr̄ ꝯstituere nisi etiā patnitas realr̄ ꝯstituat. Preterea. vbi nul la est distinctio a pte rei non pōt esse a pte rei talis mediatio vel imediatio. quia sicut medi atio ⁊ imediatio nullo mō pōt esse sine tali oī distinctione. ita mediatio et imediatio a pte

Alia opinio

Improbatur secundo

rei nō pōt esse sine omi distinctiōe a pte rei. sed p te a pte rei nulla est distinctio. int̃ generatiuũ z patrē. g̃ a pte rei pat̃ nō est imediatior filio q̃ generatiuũ nec generatiuũ remotius. g̃ a pte rei nō plus cōstituit generatiuitas q̃ pr̃nitas. sed nihil est cōstitutiuũ p̃me psone nisi aliq̃d a pte rei. g̃ nō plus generatiuitas est cōstitutiua q̃ pat̃nitas. Preterea. q̃ro. aut ista rō generatiui est a pte rei aut nō. sed tm̃ in intellectu. Si sit a pte rei z simulit̃ pat̃nitas. g̃ fm̃ rē differũt: ꝰ l nō sit nisi in intellectu. ergo nō ɔstituit psonā p̃mā. q: nihil in itellectu cōstituit psonā p̃mā. Si dicat̃ q̃ illa rō est a pte rei. similit̃ illa. sed nō est distinctio a pte rei. s̃ tm̃ in intellectu. Cōtra. itellectꝰ nihil imutat circa rez intellectā. g̃ res nō plus distinguit̃ a re nūc q̃ p̃us. ꝑpt̃ quācunq̃ opatione intellectꝰ

